INSCRIPTIONES GRAECAE ANTIQUISSIMAE PRAETER ATTICAS IN ATTICA...

Deutsche Akademie der Wissenschaften zu Berlin, ...





INSCRIPTIONES GRAECAE ANTIQVISSIMAE

PRAETER ATTICAS IN ATTICA REPERTAS

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDIT

HERMANNVS ROEHL

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCLXXXII.

0310597-018



CONSPECTVS EORVM QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

PRAEFATIO.

Inter inscriptionum Graecarum volumina, quae pro supplementis ab Augusto Boeckhio in praefatione voluminis primi p. XIV promissis Academia Regia inde ab anno MDCCCLXXIII edere instituit, hoc volumen se ad partem primam operis Boeckhiani, inscriptiones antiquissima scripturae forma insigniores continentem, pertinere profitetur. Sed accuratius definiatur necesse est, qui tituli admissi, qui exclusi sint. Primum igitur tituli Attici, cuius generis Boeckh nonnullos in primam partem recepit, nobis erant procul arcendi, quoniam hos iam licet in libro Kirchhoffiano adire; adiunxi tamen ex numero titulorum Atticorum eos, qui extra Atticae fines reperti sunt, a Kirchhoffio certo consilio omissos. Deinde quum in vetere corpore inscriptionum triginta tituli in partem primam coacti, fere quinquaginta per reliquum opus dispersi essent, deserta hac ratione, quam Boeckh instituerat, pro aliquot inscriptionibus insignioribus assumpsi quascunque ante quartum saeculum et ante alphabetum Ionicum ubique receptum confectas esse scripturae forma indicat; ubi autem parum constat de inscriptionum aetate, sive quia ex iis oriundae sunt regionibus, in quibus exeunte quinto saeculo idem fere alphabetum in usu erat atque ineunte quarto, sive quia utuntur scriptura recentiore illa quidem, sed quibusdam in rebus antiqui tenaci, sive quia carent eis ipsis litteris, quae antiquiori scripturae sunt propriae, sive quia lectio est dubia: prout e re est visum, alias foras extrusi, aliis hospitalis fui. Tum cum Boeckhio et Kirchhoffio exclusi titulos in nummis expressos; item secundum exemplum a Kirchhoffio in Atticis titulis proditum summovi, quod genus Boeckh admisit, titulos in argilla et in lapide colore pictos, qua de causa reiecta sunt imprimis nomina figuris appicta et artificum tituli; laesi tamen hanc legem in gratiam testarum Corinthiacarum pictarum (n. 20) et inscriptionis cuiusdam creta confectae (n. 3), praesertim quod haec et maximam partem illae sunt in numero dedicationum, et alphabeti Senensis, quod a Caeretano separari non poterat. Contra in quos nefas videbatur tam severe consulere, titulos caelo in argilla incisos, qui dedicationes, donationes, possessorum nomina, alia varia memoriae tradunt, hos ascivi, ita tamen ut artificum titulis, si qui praeter consuetudinem horum titulorum non picti sed incisi sunt, fere omnibus abstinerem. Praeterea absunt aliquot tituli litteris minusculis ab editoribus emissi, ut epigraphice fructum ex eis percipere nequeat; absunt alii, qui quin sint ficticii mihi videtur non posse dubitari.

Ordinem secutus sum eum, ut titulos ad regiones digererem; in singularum regionum titulis vetustiores ante recentiores, quoad eius facere potui, collocavi, non ignarus errori obnoxium esse hoc iudicium in hodierno epigraphices statu.

Hoc quoque volumen tanquam syrma trahit Addenda et Corrigenda; quae ne quis citra necessitatem longa esse censeat, sciant ii, qui legunt, primas plagulas abhinc sedecim fere menses prelo subiectas esse; tantum enim temporis consumptum est et typorum compositione tardo gradu procedente et imaginibus quibusdam casu non in tempore paratis et praesertim, quo tempore iam ultimae ipsius operis schedae litterarum formis describebantur, satis magno intervallo interiecto, ut titulorum Olympiae erutorum nova apographa eaque prioribus accuratiora exspectarentur. Quae postquam Purgold, qui id negotium susceperat, paulatim et per intermissiones submisit, egregie ille de

his titulis meritus sollertia in describendo comprobata: tandem, quum haec stillicidia viderentur quiescere, Addenda prelum subierunt, eo ampliora quo longius prolatata erant; eis mox oportuit Nova Addenda subicere. Unum addo: si tituli mihi innotuerant quo tempore ipsi eorum populares typis mandabantur — id quod nonnunquam accidit — ne illi quidem ob lentiorem imaginum confectionem in ordinem recipi potuerunt, sed in Addenda erant differendi; attamen suo loco digito monstravi, ubi essent collocati.

Iam libentissimo corde atque animo gratias persolvo eis, qui de hoc inscriptionum fasciculo bene meruerunt: Kirchhoffio, cuius consilium sapientissimum rogauti mihi nunquam defuit, viris doctis Germanis et alienigenis permultis, qui apographa et ectypa officiosissime suppeditaverunt.

Scribebam Berolini mense Februario a. MDCCCLXXXII.

H. Roehl.

INSCRIPTIONES GRAECAE ANTIQVISSIMAE
PRAETER ATTICAS IN ATTICA REPERTAS.

I.

TITVLI ATTICI EXTRA ATTICAM REPERTI.

1 Titulus incisus est litteris 0.007—0.009 m. altis in vase parvo fictili reperto Olympiae inter templum Iovis et Heraeum. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI p. 143 tab. XIX 5.

Σημωνίδης μ' ἀνέθηκεν. Semonidis patria fuit aut Attica aut eae Ionicae dialecti regiones, ubi vocalis η exprimebatur littera E.

---

2 Titulus scalpello incisus in margine superiore lecythi globosae, quae ex vico Erenkioci (antiqua urbe Ophryuio) oriunda esse putatur, et in collectionem Calvertianam, quae erat in vico Tschanakkalessi, et iam inde in museum Britannicum delata est. Edidit Kirchhoff in actt. menstr. acad. reg. Berol. 1879 p. 497 sqq., Loeschckii secutus apographum.



Τηνδί σοι Θεύδημος δίδωσι. Titulus Atticus sexti saeculi; Thudemum unum ex iis fuisse Atheniensibus, qui tum Chersonesi et in ora Asiae habitabant, coniecit Kirchhoff.

3 „Pictum albis litteris in throno imaginis cretaceae Cereris sedentis, quam in sepulcro Aeginensi repertam Parisios nuper attuli.“ Lenormant, mus. Rhen. XXII, a. 1867, p. 290. Cf. arch. Anz. 1866 p. 294.

ΕΛΙΑ
ΕΘΕΚΕ

[Μ]ηλία | [ἀν]έθηκε. Titulum, nisi forte ficticius est, Atticum saeculi sexti esse putandum est.

---

4 In basi statuae aeneae Minervae 0.10 m. altae, Tegeae repertae; nunc servatur Athenis in museo societatis archaeologicae. Pervanoglu, bullett. dell' inst. arch. 1865 p. 131; Kirchhoff, actt. menstr. acad. Berol. 1870 p. 57; Le Bas, voy. arch. n. 335 b.

ΑΝΕΘΕΚΕΝΤΑΘΕΝΑΙΑΙ

[ὁ δεῖνα] ἀνέθηκεν τἀθηναίᾳ. Haud dubie Atheniensis donarium.

5 Tria fragmenta laminae aeneae Dodonae reperta. Primum 0.12 m. longum, quod ad sinistram servavit foramen, quo lamina affixa erat donario, in museum Berolinense delatum est. Duo reliqua, quae inter se lacunam hauserunt nullam et coniuncta 0.16 m. sunt longitudine, ad minorem modum redacta edidit Carapanos, Dodone et ses ruines, Paris 1878 p. 47 tab. XXVI 2. Cum Berolinensi haec composuit Fraenkel, arch. Zeit. XXXVI p. 71; (cf. Carapanos, bull. de l'acad. des inscr. et b. l. 1878 p. 154 sq.). Praebeo partem *a* ad fidem ectypi quod in museo confeci, partem *b* ex Carapani opere repeto restituta vera mensura.

a · ΑΘΕΝΑΙΟΙ⁝ΑΠΟΠΕΛΟΠΟΝ

b ΕΣΙΟΝ.ΝΑΥΜΑΧΙΑΙ⁝ΝΙΚΕΣΑΝΤΕΣ⁝Α

'Αθηναῖοι ἀπὸ Πελοπον[ν]ησίων ναυμαχίᾳ νικήσαντες ἀ[νέθεσαν].

Scripturae indiciis fretus satis probabiliter coniecit Fraenkel titulum referendum esse ad proelia a. 460 commissa, quae Thucydides I 105 memoriae prodidit.

6 Prope portum oppidi Carysti eruta est columna parva lapidea, cuius in summo fastigio supererant coronae plumbeae aliquot fragmenta, 0.015 m. magnitudine. Ex his quatuor praebebant litteras incisas. Ed. Rangabé, ant. Hell. n. 358.

a	*b*
ΡΙΣΣΤ	ΟΜΕΝΕΣ
c	*d*
ΣΟΣΙΙ	ΚΛΕΣ

a) *b*) [Ἀ]ριστομένης *c*) *d*) Σωσικλῆς.

Cleruchi Athenienses deo cuidam donarium obtulerunt. Non offendit litterae σ forma antiquior et quia iam ante Ol. 83. 3 cleruchos partem insulae tenuisse constat (cf. Diod. XI 88; Paus. I 27. 5; Kirchhoff, actt. acad. 1873 p. 17) et quia Ϛ apud privatos homines sero abolevit.

7 In Euboea prope vicum Platanistum, qui haud procul ab oppido Carysto situs est, inventa est tabula truncata marmoris candidi, unius cubiti in latitudinem, sex pollicum in altitudinem. Ediderunt Bursian ex suo apographo, Quaestt. Eub. capp. sel., a. 1856 p. 37, et Pittakis eph. 3162 et Rangabé 2237 ex apographis Io. Bioletae Carystii; cf. Kirchh. Stud.[3] p. 105, ubi una littera intercidit. Repetimus Bursiani exemplar.

ΝΑΘΟΔΙΤΕΙ
ΣΜΕΠΟΕΣΕΝΤΟΝΔΕΒ
ΘΑΙΣΥΡΑΔΕΣΕΥΧΣΑΜ

Nota. Litteras omnes tam distincte sculptas et a se tam religiose descriptas esse, ut ne unam quidem mutare liceat, affirmat Bursian; Bioleta ne secum quidem ipse congruit, versum 1 et initium vs. 2 tum describens ΝΑΘΓΟΔΙΤΕΙ ΣΜΕ, tum ΝΑΘΦΔΙΤΕΙ ΣΜΑ; idem versum primum litteris minoribus exaratum esse contendit; in caeteris a Bursiano non dissentit.

[Κρά]ναϑ' Ὀδίτῃ [ἀγρευεὶ ἔλδωρ, ὅ]ς μ' ἀνέησεν,
τόνδε β[όλον, ξαν]θαὶ Συράδες, εὐξάμ[ενος].

Hanc titulum in Atticis ponere liceat, donec novi Euboeae tituli plura nos docuerint; de littera Ϛ cf. n. 6. Videtur latere distichum elegiacum, scriptum tribus versibus litterarum vicenarum ternarum στοιχηδὸν dispositarum; supplevi ut potui. Fac piscatorem Syradibus nymphis unum retis iactum pollicitum esse, si negotium sibi bene cessisset; hac re impetrata pecunia ex illo iactu parta eum curasse faciendum anaglyphum repraesentans hominem piscantem et subscribendum titulum. — Vs. 1 κράναϑ' 'Οδ. i. e. ἐκράνατε 'Οδ; Θ, nisi forte est Φ, fuerit ϑ aut male factum aut laesum. Vs. 3 Syradum nomen non notum; at satis multa exstabant nympharum nomina similem in modum formata, quae magnam partem unus Hesychius servavit, cf. Schmidtianae editionis index, p. 36 sq.

8 Sami in vico Khora repperit O. Rayet; idem ed. bull. de l'école française d'Athènes Nr. XI p. 231 (a. 1871 mens. Sept.); repetiverunt C. Curtius in programmate Luebeckensi a. 1877 p. 9, Kirchhoff in actt. acad. Berol. 1876 p. 67.

ΗΟΡΟΣ
ΤΕΜΕΝΟΣ
ΕΠΟΝΥΜΟΝ
ΑΘΕΝΗΟ///Ν

Not. Vs. 2 inter Ν et Ο lapidem fractum esse neque repugnare quin ibi litteram Ε intercidisse putes tradit Rayet.

Ὅρος | τεμένους | ἐπωνύμων | Ἀθήνηθ[ε]ν. Athenienses devicta insula (Ol. 85.1) dedicaverunt locum, cuius terminus servatus est, heroibus decem eponymis; alphabetum est vetus Atticum, nisi quod lapicida Samius qui titulum incidere iussus erat semel recidit in consuetudinem vernaculam. Nota litterae σ formam antiquiorem.

9 Meli ex sepulcro effodit Bayet tabulam lapidis vulcanii rubentis, 0.50 m. altitudine, 0.50 m. latitudine, 0.06 m. crassitudine, in duas partes fractam. Litterae ut in lapide aspero et fragili bene incisae sunt. Lapis Athenas delatus servatur in museo publico. Edidit Homolle, bull. de corr. hell. I p. 45. Repetimus Loeschckii apographum.

ΕΠΟΝΦΕΣ
ΑΘΕΝΑΙΟΣ
ΠΑΝΔΙΟΝΙΔΟΣ
ΦΥΛΕΣ
ΚΥΘΕΡΡΙΟΣ

Var. lect. Vs. 3 Homolle: ΦΥ///ΕΣ

Ἐπόμφης | Ἀθηναῖος | Πανδιονίδος | φυλῆς | Κυθήρριος. Epomphes fuit cleruchus; itaque aetas tituli finitur annis 416 et 405. Nomen tribus additum a consuetudine titulorum Atticorum recedit. Alphabeto Attico admiscetur, si quidem ibi Loeschckii apographo fides adiungenda est, forma Melia Λ.

10 Titulus scalpello incisus in pede vasis vernice nigra illiti; haec testa reperta a. 1862 Camiri in sepulcro nunc exstat in museo Parisino. Edidit Froehner, mélanges d'épigraphie et d'archéologie, p. 10.

ΜΕΛΙΧΟΙΡΙΝΑ

μελιχοιρίνα. Alphabetum non potest non esse Atticum; χοιρίναι placentae genus, cf. Athen. XIV p. 647 *b*.

II.

TITVLI MEGARICI.

11 Titulus grandibus litteris incisus est in lapide rudi, quem in *Megaridis* viculo Mazio sito sub radicibus montium Macri-plagi invenit Lebègue. Edidit idem, de oppidis Megaridis a. 1875, p. 37 et hinc Foucart, bull. de corr. hell. II p. 515.

ΑΠΟΛΟΝΟΣ
ΛΥΚΕΙΟ

Ἀπό(λ)λωνος Λυκείω sc. hic fundus (cf. Foucart l. l.).

12 Fragmentum columnae sedecim striis ornatae, 1.40 m. long., 0.25 m. crass., effossum Olympiae ad orientem periboli. Titulus litteris 0.017—0.025 m. altis exaratus est in tribus canaliculis. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI p. 143 sq. tab. XIX 6. Cf. Kaibel, mus. Rhen. XXXIV p. 212 n. 1098 *a*. Utor ectypo.

ΘΡΑΣΥΜΑΧΟΠΑΙΔΕΣΤΟΜΑΛΙ
ΤΟΙΔΙΔΑΙΑΛΚΟΣΚΑΙ
ΓΡΟΦΟΝΕΠΟΙΕ·ΜΑΛΙΟΣΚΑ

Nota. Vs. 3 fin. Lineam curvatam in lapide cerni affirmat Weil; eadem in ectypo, quo utor, non minus certo agnoscitur quam reliquae litterae.

Θρασυμάχου παῖδες τοῦ Μαλίου [ἐν Μεγαροῦντι]
τῷ Δὶ Δάμαλκος καὶ [⏑ ⏑ – ἀνέθεν].
Γράφων ἐποίει Μάλιος Καβ[είριος(?)].

Dedicatio disticho elegiaco inclusa est, in quo fieri non potuit quin prima syllaba nominis Thrasymachi produceretur, artificis titulus trimetro. Miscentur in hoc titulo litterarum formae, quas apud Melios temporibus satis longe inter se distantibus in usu fuisse inscriptionibus caeteris Meliis videmur doceri. Aut igitur illa opinione reiecta Melii mirae cuiusdam perturbationis et inconstantiae incusandi sunt, aut putandum est scripturam huius tituli non esse Meliam. Pone igitur aliquot Melios Ol. 91.1 Megara demigrasse (salvo testimonio Thucydidis V 116: οἱ δὲ ἀπέκτειναν ὅσους ἡβῶντας ἔλαβον) ibique oppido receptos usos esse alphabeto Megarico, ad quod omnia in hoc titulo bene quadrant; linea curvata vs. 3 fin. fuerit vestigium litterae Ղ. Donatores eo tempore, quo Iovi hoc donarium obtulerunt, Meli iam non habitasse, etiam inde efficere licet, quod non Melios se vocant sed Melii filios. — Vs. 3. De participio quod est γράφων vide n. 412.

13 Stela marmorea, in Piraeeo inventa; nunc servatur Athenis in museo publico. Titulum ex ectypo, quod a Foucartio acceperat, edidit Lenormant, mus. Rhen. 1866 p. 376; cf. Kirchh. Stud. ³ p. 99, Cumanudes, Ἀττικῆς ἐπιγρ. ἐπιτύμβ. n. 2008. Exscripsit Koehler, quem sequimur.



Ἀπολλόδ | ωρος Διο | κλεῖδα | Μεγαρεύς.

Haud scio an hic idem sit atque ille Apollodorus Megarensis, quem ex orationibus Lysiae VII 4, XIII 71. 72 et Lycurgi 112 et ex titulo Attico C. I. A. 59 notum habemus. Et potuit ille in sepulcro Megarensis dici, si quidem recte alio argumento nisus contra Lysiae codicem or. XIII 72 demonstrare conatus sum (Herm. XI p. 378 sqq.) eum non esse factum Atheniensem. Iam si est idem, sequitur ut hic titulus sit recentior a. 404, quo anno ille nondum mortuus erat (Lys. VII 4).

---

14 Hunc titulum in vetere ecclesia inter Eleusina et *Megara* a. 1863 se exscripsisse tradit Lenormant, mus. Rhen. 1866 p. 390. Repetiit Foucart, expl. n. 61*a*. Cf. Kirchh. Stud. ³ p. 99, Kaibel, epigrr. gr. n. 461*a*.


ΣΑΜΑΤΟΔΕΗΥΨΙΚΛΕΟΣ
ΜΕΓΑΡΕΣΤΟΝΔΕ////////////////////

Σᾶμα τόδε Ὑψικλέος· Μεγαρῆς τόνδε [ἐνθάδ' ἔθαψαν]. Cave in unius Lenormantii fide innitens titulum genuinum esse putes; cf. not. n. 372 ²⁶⁹.

III.

TITVLI CORINTHII CVM PHLIASIIS ET MYCENAEO.

15 Fragmentum cippi e lapide cano facti, qui et supra, ubi olim aëtomate erat instructus, et infra et a sinistra mutilus est, 0.3 m. alt., 0.4 m. lat., 0.24 m. crass., exaratum a. 1874 ex agro haud procul a via quae *Corintho* Argos fert, semihorae spatio a Corintho, eo loco qui nunc appellatur Μπαρτατά; superficiem laesit vomer. In domo rustici hunc lapidem invenit Lolling, Athenas in museum instituti Germanici archaeologici transtulit, in eiusdem instituti actis, I p. 40 sqq., edidit. Ectypum contuli.



Δϝεινία τόδε [σᾶμα], τὸν ὤλεσε πόντος ἀναι[δής].

16 Prope *Oenoam* in lapide quadrangulo tofino. Forchhammer, Halcyonia p. 14; Ross, arch. Aufs. II p. 661; hinc Le Bas, voy. arch. n. 79*a*. Exstat in Rossii diario.

ΜΑΛΟΤΕΛΚ

Var. lect. Forchhammer Θ pro Ο

Κλειτόλας.

17 In hastae spiculo aeneo, 0.267 m. longo, reperto Olympiae exadversus eum muri Byzantini angulum, qui inter septentrionem et orientem spectat. Titulus est integer; repraesentamus veram magnitudinem. Edd. Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI p. 140 sq. tab. XVIII 4, Curtius, Ausgrab. zu Olymp. III tab. 25.

ΜΣΚΥΟΝΙ

Not. Lineola, quae ad dextram exarata est, non est litterae vestigium, sed finem tituli indicat.

Σικυών. Spiculum non a Sicyoniis dedicatum esse docet forma Σικυών, qua ipsi Sicyonii tam antiquo tempore non utebantur pro vernacula Σεκυών. Restat igitur ut hoc donarium a Corinthiis (vel Achaeis) ob victoriam de Sicyoniis reportatam conditum esse putetur.

18 In lapide quadrangulo tofino, ad vicum Asprocampum in Peraea Corinthia, prope antiquam *Oenoam*. Raugabé n. 319, ex Le Basi apographo; Ross, arch. Aufs. II p. 661; Le Bas, revue arch. I p. 174; Forchhammer, Halcyonia p. 14; Le Bas, voy. arch. tab. IV 6 et n. 77. Exhibemus titulum ex Rossii diario.

ΔΡΟΠΥΛΟΥΤΟΔΕΜΑΜΑ

Var. lect. Forchh: ΔΡΟΠΥΛΟΥΤΟΔΕΜΑΜΑ; Le Bas quinque primas litteras non habet, tum ap. Raug: ΛΟΠΤΟΔΕΜΑΜΑ, in rev. arch.: HOSTOΔΕΜΑΜΑ, in itin. arch.: HOSTOΔΕΜΑΜΑ, sed Foucart inspecto ectypo annotat, primam litteram non esse H sed Δ, tertiam non esse S, decimam non M sed Μ.

[Μαν]δροπύλου τόδε σᾶμα; ni fallor, pars hexametri. Quod aliis placuit, Δρωπίδου τόδε σᾶμα, repugnat dialecto Doricae.

19 Prope *Oenoam* in lapide quadrangulo tofino. Forchhammer, Halcyonia, p. 14; Le Bas, voy. arch. n. 78. Depromimus titulum ex Rossii diario.

ΔΑΜΑΜ

Var. lect. Forchh.: ΔΑΜΑ; Le Bas: ΔΑΜΑ

Δαμάσ[ιππος] vel sim.

20 *Corinthi* ab arce ad meridiem versus effossae sunt testae permultae, in quibus picti sunt dii, imprimis Neptunus et Amphitrita, heroes pugnantes, homines varia negotia administrantes, animalia. Adscripti sunt tituli, plurimi penicillo picti, pauci acu incisi. Testae illae pervenerunt in museum Berolinense, ubi eas exscripsi quam diligentissime, sed cum crebro periculo erroris, quia nonnulli titulorum admodum pallidi atque evanidi sunt.

a *b*

1 ΑΝΕΘΕΚΕΤΟΣΠΟΤΕΔΑΝΙ

In testa in complures partes fracta; titulus *a* prope marginem incisus, *b* in media testa pictus est.

a — — ἀνέθηκε τῷ Ποτειδᾶνι. Titulus *b* est integer, nisi quod vs. 1 ad dextram aliquot litterae detrimentum ceperunt; sed etiam harum, ΔΑΜ, vestigia restant. Τιμωνί[δας] | ἔγραψε Βία.

2

ΠΟΤΕΔΑΝ

Ἀφστρί[τα] Ποτειδᾶν; ad Ἀφστρ. cf. νύφη, Ὀλύνσες sim.

3

ΑΦΣΤΡΕΤΑΝ ϜΕΛ

Ἀφστρείταν ϝε[λας —]

4

ΝΟΣ

Testa ad laevam et ad dextram fracta est. In media imagine stat Minerva, cui adscriptum est nomen Ἀθαναία; idem αι pro α occurrit in tit. sequ. Ad sinistram est currus sinistrorsum versus et equorum pedes posteriores; supra hos legitur nomen [Σθ]ένελος. Ante ΕΝ intenta oculorum acie discernere mihi videor ∽; sed aut species fallit aut hae sunt reliquiae litterae ⊗. Ad dextram bellator hasta dextrorsum pugnat, cuius nomen ex parte periit, Δι[ϝομέδες]. Ab hoc titulo infra ad dextram fere 0.04 m. distant (intervallum enim in imagine minui) extremae litterae nominis mutilati [Πάνδα]ρος, quod spectabat ad figuram interceptam, vide Hom. Il. E 95 sqq. Cf. Addenda.

5

Περαιόθεν ἵκουσε i. e. ex portu, cui vulgo nomen Πειραιός seu Πείραιον. Num fractura titulum decurtaverit non diiudico.

6

[Π]οτειδᾶνός εἰμ' ἄνοιγις.

7

Σιμίων μ' ἀνέθηκε Ποτειδάϝων[ι ϝάνακτι].

8

— ων μ' ἀνέ[θη]κε Ποτειδᾶνι ϝάν[ακτι]. [Ἀμφιτ]ρίτα.

9

[Φλί]βων μ' ἀνέθηκε Ποτειδᾶ[νι].

10

Φλίβων μ' ἀνέθηκ[ε —].

11

Φλίβων μ' ἀν[έ]θη[κε —].

12

[— Ποτ]ειδάϝωνι ϝάνακτι.

13

[α β γ δ] ε ϝ ζ h ϑ ι κ λ μ ν ο π ξ ϙ ρ σ τ — — Litterae evanidae.

14

— α εἰμί.

15

— μου εἰμί. Titulus incisus est; pro OM exspectes VOM.

16

Ποτειδᾶν bis. [Φ]ιλο — Alterum nomen Neptuni incisum est.

17

[— ἀνέθη]κε τῷ(ι) Ποτειδᾶ[νι].

18

[— ἀνέθη]κε Ποτειδ[ᾶνι].

19

[ἀνέθη]κε Ποτειδᾶνι.

20

Ποτειδᾶνι[ι — —]. Sinistra nihil deest; dextra titulus continuatur in altero fragmine litteris tam dubiis ut facile eis careamus.

21

Ποτειδᾶ(ν). Littera N male picta.

22

[— Πο]τειδᾶνι.

23

Ποτειδᾶν.

24

Ποτειδᾶν.

25

Ποτ[ει]δᾶν.

26

Ποτειδᾶ[ν]. Testa perforata est, ut affigi posset, item aliae.

27

Ποτειδᾶν.

28

Ποτειδᾶν.

29

Ποτει[δᾶν].

30

Ποτειδ[ᾶν].

31

Ποτειδᾶν.

32

[Πο]τειδᾶ[ν].

33

Ad dextram margo servatus est.

34

Ad sinistram et supra margo est integer.

35

36

Ad sinistram margo servatus est; post A, quod videam, spatium vacuum.

37

Ἀρστ — —

38

Ἀσωπόδωρος ἐμὶ ἀνέθ[ηκε]. Ad sinistram est margo.

39

Φύσκων. Ad dextram nihil periit.

40

Σευϝαλη[ς].

41

Ὀρθο — — Ad sinistram est margo.

42

Δόρκων μ' ἀνέθηκ[ε].

43

Ἴγρων μ' ἀν[έθηκε]. Litterae pallidae fugiunt oculos. Cf. Addenda.

44

Θρασύμα[χος —].

45

[Ἀχ]ι(λ)λεύς Λύσιπ(π)ος. Titulus incisus est.

46

[Ἀ]χυσσίων?

47

Ϙυλαίδας μ' ἀνέθηκε.

48

Εὐρυμήδης μ' ἀνέθηκε.

49

Λυσιάδας μ' [ἀνέθηκε]. Ad sinistram nihil deest.

50

ΠυρϜός, Ταχυδρόμος. Haec nomina equis adscripta sunt.

51

κο[ρεῖτις]. Repraesentatur vulpes sub abiete; cf. Hesych. κορεῖτις· ἀλώπηξ. Dixerit quis in abietis parte nunc fracta olim sedisse corvum, ad quem spectasse titulum κό[ραξ]; hanc igitur esse fabulam Aesopeam pictam. Sed meum supplementum teneo.

52

Κάνθ[αρος] vel sim.

53

Χάνθ[ος — —] ἀνέθηκε.

54

[— Ποτειδ]ᾶνι Θ — —.

55

Ἀριστόφι[λος].

56

Ἀθ(α)να — Κο —.

57

a Ποτ[ειδάν] b (in latere postico) τᾷ Ἀθ[αναίᾳ], ante T spatium vacuum.

58

Ἀθ[ανᾳ —].


59

Στίπων s. Στί(λ)πων, ante M nihil videtur intercidisse. In latere postico — υιϘ —.

60

Αἶρις.

61



ἀπὸ Δι϶[ός — —].

62



[— ⏕ — ⏕ — ⏕]δρ χαρίεσ(σ)αν ἀφορμάν. Quamvis pallida sit inscriptio, noli dubitare de litteris postremis MAN.

63



[— ⏕ — ⏕ —]ς· τὺ δὲ δὸς χαρίεσ(σ)αν [ἀφορμάν s. ἀμοιϝάν]. Cf. Addenda.

64



[— ἀνέ]θηκε [— — Ποτε]δᾶνι ϝ[άνακτι — —]· τὺ δὲ δ[ὸς χαρίεσ(σ)αν ἀφορμάν s. ἀμοιϝάν].

65



Ἀγασί(λαος). Litterae acu incisae sunt; post B nihil unquam scriptum fuit: titulus est imperfectus.

66

Ζεύς.

67

Λοκρίς.

68



— — ἀνέθηκε Ποτε[δᾶνι ϝ]άνα(κ)τι αὐτοποιια? Quantus fuerit angulus qui periit, demonstrant partes marginis ad sinistram et infra servatae.

69

Φώκα, post A spatium vacuum.

70



— δας — ς μ' ἀνέθηκε.

71

[Ἀ]μφιτρίτ[α].

72

Ἀνφιτρ[ίτα].

73

[Ἀμφιτ]ρίτ[α].

74

[— Ποτειδᾶν]: ϝάνακ[τι].

75

[— Ποτειδᾶν]: ϝάνακτι.

76

[Ποτει]δάν.

77

[Ποτειδ]άν.

78

Ποτ[ειδάν].

79

Ποτιδα[ν].

80

Ποτ[ειδάν].

81

Ποτ(ει)δάν. Titulus incisus est.

82

[— ἀν]έθηκε.

83

— η[ς] μ' (ἀ)νέθ[ηκε].

84

[— ἀνέθ]ηκε.

85

— ἀνέθηκε.

86

[— ἀνέ]θηκε.

87

— ε μ' ἀνέθηκ[ε].

88

[— ἀνέθ]ηκε.

89

— ε μ' ἀν[έθηκε]. Littera N perperam repetita est.

90

— ἀνέθηκε.

91

— ν ἀνέθηκε.

92

— ἀνέθηκε.

93

[— ἀν]έθηκε —.

94

— μ' ἀνέθηκε —.

95

[— ἀ]νέθη[κε].

96

— νος; post M spatium vacuum.

97

Litterae sunt pallidae et dubiae.

98

Ad sinistram nihil intercidit.

99

Κϙ —. Ad sinistram spatium vacuum.

100

Κρα — in margine, — λος in latere antico.

101

Ἐϝθι[τος —], i. e. Εὔθιτος. Ante BF nihil scriptum fuit.

102

[Π]έριλ(λ)ος μ' [ἀνέθηκε]. In latere postico: — ων μ' [ἀνέθηκε].

103


— τόδε —. Ad dextram spatium vacuum.

104

Titulus incisus est; ad dextram nihil interceptum est.

105

106



107

108


In testa integra; repraesentatur, ni fallor, statuarum artifex figuram equitis sculpens. Brevior titulorum scriptus est in media testa ad dextram, longior infra imaginem. Litterae non tam evanidae sunt ut vehementer errasse possim.

109 a b



a Δαμο —, titulus incisus est; in altero latere pictus est titulus b [Π]οτει[δάν].

110



Ποτε(ι)δ[άν]. In parte postica turba litterarum confusa atque incondita, qui merus lusus videtur esse.

111

[Ποτ]ειδα[ν].

112

Ἀνφι(τ)ρί[τ]α Ποτε(ι)δάν.

113

[— ἀνέ]θηκε Ποτε[ιδᾶνι].

114

Ποτειδάν, Ἀνφιτρίτα. [— ϝα]ναντι αὐτ —.

21 Fascia aenea in duas partes dissoluta, ad sinistram manum fracta, ad dextram desecta, reperta Olympiae a templo Iovis ad meridiem versus in eo aedificio quod Leonidaeum putatur esse. Barbaro aevo clavis qui quatuor foramina reliquerunt alicui rei affixa est et scriptura in parte sinistra adeo obscurata, ut iam lectu sit difficilis. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII p. 162; exemplar est dimidiae magnitudinis.

— ιαθος τἀριστερὸν — —. Hunc titulum Corinthus vel coloniae Corinthiae sibi vindicant. Kirchhoff dubitans proponit [στ]ᾶθος; num supra lineam directam liceat addere transversam, imago in incerto relinquit. Crasis in τἀριστερόν obvia, quam omnino Doricam esse negaverat Ahrens (II p. 222), praeter hunc titulum occurrit in tribus Argivis: n. 32 et n. 33 τἀργεῖοι, n. 42 τἀργείου, et in uno Eleo n. 111 τἀρχαῖον; cf. praeterea n. 482.

22 In fragmentis vasis Caeretani quae formant marginem superiorem; circum hanc marginem duae diversae manus inciderunt duas inscriptiones, alteram Atticam, alteram Corinthiam; vas nunc est Romae penes Castellanium. Edidit Brunn, bull. dell' inst. arch. 1865 p. 241. Cf. Kirchh. Stud.[3] p. 91.

Ε + Ϟ Ε Κ Ι Α Ϟ Μ Ε Γ Ο Ι Ε Ϟ Ε

Χ Γ Α Ι Ν Χ Τ Ο Μ Μ Χ Δ Ο Κ Χ Ν + Α Ρ Ο Γ Ο Ι

Ἐξηκίας μ' ἐποίησε. Ἐπαίνετός μ' ἔδωκεν Χαρόπῳ. Alter titulus est artificis quem priore parte saeculi quinti floruisse constat, alter paulo recentior possessoris. Itaque ad chronologiam alphabeti Corinthii discimus titulos qui praebent Ϟ vel Ϟ pro ι saeculo sexto aut initio quinti esse tribuendos.

---

23 In lecytho, quae servatur Athenis in Varvacio; titulus acu incisus est. Ediderunt Dumont, revue arch. 1873 XXV p. 325, Collignon, catalogue des vases peints du musée de la société archéologique d'Athènes, p. 60. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 90.

ΞΒΝΟΚΛΒ ΜΒΡΟΚΡΙΤΟΙ

Var. lect. Coll.: post ΛΒ apparent vestigia litterae male inchoatae Μ. Ultima littera est Ι.

Ξενοκλῆς Ἐρακρίτῳ s. Ἡρακρίτῳ.

---

24 In fragmento cuspidis quadrangulae, reperto Olympiae prope prytaneum. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII p. 160. Imago inde repetita tertia parte minor est quam ipsum aes.

Μ ΟΛΥΜΠΙΟΥ

[Διό]ς vel [Ζηνό]ς Ὀλυμπίου. Titulus est Corinthi aut coloniae Corinthiae.

---

25 Prope *Ornoam* in lapide quadrangulo tofino. Le Bas, voy. arch. tab IV 17 et n. 79. Sumimus titulum ex Rossii diario.

| Λ Α Μ Ι Μ |

Var. lect. Le Bas typis: Λ Α Μ Ι Μ, tab. aenea: Δ Α Μ Ι Μ

Λάμις.

---

26 *Nemeae* a templo ad meridiem versus, in lapide qui inversa facie insertus est parieti ecclesiae semirutae. Haec fere tota ex saxis antiquis quadratis exstructa est eo loco ubi olim vias in diversas partes Corinthum Phliuntem Argos discessisse suspicatus erat E. Curtius, Pelop. II p. 509. Titulus ad sinistram manifesto mancus est; apparet igitur aut lapidem, quum ecclesia aedificaretur, dissectum esse aut titulum antiquo tempore per compluria saxa cucurrisse. Exscripsi et edidi in: Mittheil. des deutschen arch. Inst. zu Athen I p. 229.

ΙΒΦΟΔΙΑΙ

[ὁ δεῖνα ἀνέθηκεν Ἑκάτᾳ vel Ἀρτέμιδι] ἐφοδίᾳ. Ἐφοδία i. q. ἐνοδία.

---

27 Prope *Oenoam*, in lapidibus mutilis tofinis. Le Bas, voy. arch. n. 80—83. Fragmenta *b c e* descripsit etiam Ross, ex cuius diario ea repraesentamus.

a ΕΑΛΛ   *b* ΓΑΓ ΔΟΣ   *c* ΛΟΔ   *d* ΑΜΟΔΟΣ   *e* ΜΑΡΡ·Υ

Var. lect. Le Bas *b* ΤΑΓΙΔΟΣ, *c* ΑΟΔ, *e* ΜΑΡΓ·Υ, quarta littera num sit Ρ ipse Ross dubitat.

---

28 Ad orientem parietinarum *Phliuntis* situs est vicus Ἅγιος Γεώργιος ab illis iter trium horae partium distans; paulo supra hunc vicum, in muris ecclesiae S. Nicolai monti applicatae, quae vocatur Δεσποτικόν, reperti sunt tituli tres de quibus duo in Corpore Inscr. G. editi sunt ex Fourmonti apographis, n. 21 et n. 37. Tertio complures operam dederunt: Ross, Reisen im Pelop. I p. 29 sqq., p. 31 (exstat apographum in diario); Rangabé n. 358*b*; Le Bas, voy. arch. n. 97 tab. V 11; v. Velsen, cf. Kirchhoff Stud.[3] p. 98; denique a. 1878 Kirchhoff; huius apographo et ectypo utimur meliore quam ut reliquorum apographorum variam lectionem subicere operae pretium sit. Titulus scriptus est litteris 0.05—0.07 m. altis in lapide porino rubro 0.25 m. alto, 0.73 m. longo, ad dextram et sinistram mutilo, in duas partes fracto, qui . . . sa facie ecclesiae muro exteriori ad meridiem spectanti infixus est.

a

b

··ΜΟΦϘΟΒΜΟΤϟΑΤΞΞΞΔ

c

Magnopere dolendum est quod tituli Fourmontiani perierunt aut latent, at fundamentum lectionis magnam partem nunc sit admodum incertum. Suspicor tamen tituli *a* duos versus non in uno lapide scriptos fuisse, sed in duobus qui similes essent fragmentorum *b* et *c*; casu autem illos duos lapides olim ita insertos esse muro, ut unus supra alterum iaceret. Quatuor igitur nobis videmur habere fragmenta longae in-

scriptionis, quae uno versu sinistrorsum per multos lapides quadratos currens fortasse celiam templi cingebat: — — δίξεται τοὺς ὅρκου[ς] — — [α]ἶτ' ὅρκον, ὅτι ἁ ὠφίλ[εια — —]; in titulo α haud dubie pessime descripto non periclitor. Qua inscriptione haud scio an iurantes moniti sint ne peierarent; cf. Pausan. V 24. 2: ἔστι δὲ (Olympiae) πρὸ τῶν ποδῶν τοῦ Ὁρκίου πινάκιον χαλκοῦν· ἐπιγέγραπται δὲ ἐλεγεῖα ἐπ' αὐτοῦ δεῖμα ἐθέλοντα τοῖς ἐπιορκοῦσι παριστάναι.

---

29 In fragmento vasis vernice nigra illiti, quod *Mycenis* effodit Schliemann. Litterae scalpello incisae sunt. Ediderunt Milchhoefer, Mittheil. d. deutsch. arch. Inst. in Athen I p. 313; Schliemann, Mykenae, p. 129, unde repeto. Cf. Kirchhoff Stud. [4] p. 83 sq.


ΤοΒΕΡοο{ }ΕΜ

Τοῦ ἥρωός εἰμ[ι]. Inter Σ et Ε exarata est distinguendi nota formae non vulgaris. Herois nomen omittitur, ut passim in eiusmodi dedicationibus, cf. n. 323 et Dumont, inscr. et mon. fig. de la Thrace (arch. des miss. scient. 1876) n. 24. 32. 33c. 39.

IV.

TITVLI ARGIVI, SEGREGATIM METHANIVS ET HERMIONEI.

30 *Argis* in fundamento turris occidentalis (sec. Rossium: orientalis) Larissae; litterae valde exesae sunt. Dodwell, a classical and topographical tour through Greece II p. 221; Gell, itinerary of Greece, Argolis tab. VII ex Bakeri apographo; repetiit ex his Rose, inscrr. gr. vet. tab. X; C. I. G. 2 praecipue ex Fourmonti apographo. Exhibemus titulum ex Rossii diario.



Var. lect. Aperta vitia omittimus. Promiscue Α et Α in lapide esse diserte testatur Ross. — Vs. 1. pro priore Ν caeteri Μ; ibid. fin. Dodw. ΝΙΙΙΟΡ·Ο· — Vs. 2 fin. post alterum Μ Dodwell et Baker Α. — Vs. 3 ante Λ Fourm. ΠΟΤ, ibid. pro Λ Dodw. Α, ibid. fin. Fourm. Ν pro Μ. — Vs. 4 Dodw. ΒΟΥΝΑΜΙΙ, Baker ΒϘΥΝΑΜΙϹ, de Fourmonti lectione parum constat ex C. I. — Vs. 8 pro Ν Fourm. Ν, Baker Λ. — Vs. 9 Dodwell ΚΡΕΤΟΜ, Fourm. ΚΡΕΤΟΜ, Baker ut Rose. — ibid. Baker Μ pro Μ, in fine versus omnes addunt Μ. — Vs. 11 Dodw. ΚΑΙΝΟΜΡ, Baker ΚΑΝΙ////ΟΜΡ, de Fourmonto dubito.

[Α]ἰσίμ[ναστος δαμ]ιοργ[γ]ό[ς],
[ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνα]-ου [γ]ραμμα[τεύς]·
Πόταμος
καὶ Σθενίλας ὁ Μναστι —
καὶ Ἱπ(π)ομέδων
καὶ Χάρων ὁ Ἀρχεσίλα
καὶ Ἄδραστος
καὶ Βορθαγόρας
καὶ Κ[λ]εῖτος ὁ Σίντωνος vel Μίντωνος
καὶ Ἀριστόμαχος
καὶ Νομ[ί]δας vel [Λε]ω[νί]δας

Vs. 8 Β pro F ne ab huius quidem aetatis more plane alienum, cf. n. 78 Βαττίας n. 84 Βοιν —

---

31 Sub statua aenea iuvenis nudi 0.25 m. alta, quam *Argis* oriundam esse ex litteratura tituli constat; ex Graecia translata est in museum Nanianum, deinde pervenit in collectionem comitis Pourtalès-Gorgier, nunc asservatur in museo Petropolitano. Titulus legitur in tribus basis quadratae partibus, sinistra, antica, dextra. Maffei, Verona illustrata III p. 261, ed. alt. IV p. 378; Zanetti, due antichissime greche iscrizioni p. XXIII, unde titulum repetimus; post multos alios ed. Boeckh, C. I. G. 6, tractavit Kirchhoff, Stud. [4] p. 28.

ΠΟΗΥΚΡΑΤΕΜ ΑΝΕΘΕ ΚΕ

Πολυκράτης ἀνέθηκε.

32 In galea aenea quam a. 1795 prope Olympiam in Alpheo repperit Britannus Morrit, possedit Payne-Knight, servat museum Britannicum. Litterae distincte dignosci queunt; pistillis enim sunt profunde impressae, altero rotundae lineae, altero rectae, et eodem quidem typo circulus integer et dimidius, quo factum est, ut ubi tantum linea) opus fuit ad sinistram appareant vestigia alterius dimidii cycli). Classical Journal I p. 328; Walpole, travels in various countries of the East, p. 588 n. 53; Boeckh, Pind. Explic. II 2 p. 226; Welcker, epigramm. graec. spic. alt. p. 11 n. 28; Rose, inscrr. gr. vet. p. 59 tab. VII 1; C. I. G. 29 et add.; Welcker, syll. epigr. graec. ed. alt. n. 123 p. 172. Exscripsi, unum O quod deest suppeditant priores editiones.

ΤΑΡΓ ΟΙΑΝΕΘΕΝΤΟΙΔΙϜΙΤ ΝϘΟΡΙΝΘΟΘΕΝ

Τάργ[εῖ]οι ἀνέθεν τῷ Διϝὶ τῶν Κορινθόθεν.

Ad crasim cf. n. 21. Ferendus in versu senario hiatus τάργεῖοι ἀνέθεν, licet praeceptis artis metricae adversetur. Quando Argivi illam victoriam reportaverint frustra quaeritur.

33 Scutum ex lamina aenea tenuata confectum, quod olim per medium unum metrum occupabat, repertum Olympiae in stadii vallo meridionali; litterae impressae sunt. Edidit Furtwaengler, arch. Zeit. XXXVII p. 148 sq.

ΤΑ ΓΕΙΟΙ

Nota. Tertia littera foramine rotundo foedata est.

Τάργεῖοι [ἀνέθεν ἀπό — —] vel sim. De crasi in τάργεῖοι obvia cf. n. 21.

34 Tabula aenea admodum tenuis, caelata, reperta Olympiae a templo Iovis ad orientem et meridiem. Repraesentatur Hercules cum deo marino luctans; utrique nomina adscripta sunt, unum prope caput herois ad sinistram, alterum in angulo dextro inferiore. Edd. Curtius et Adler, Ausgrab. zu Olympia IV p. 18.

ƎΙ ꓘ Α Ι

ΑΛΙΟΣ ΓΕΡΟΝ

[Ἡρ]ακ[λ]ῆ[ς]   [ἅ]λιος γέρων. Littera ι male iterata est.

35 *Argis* in templo D. Basilii invenit hunc titulum Fourmont; ex eius schedis edidit Boeckh C. I. G. 14.

Α . . . . ΑΥΡΙΑΙ
. . . . ΕΟΝΠΕΔΑϜΟϜΟΘΙ
. . Α . . ΡΟΣΠΕΡΙΚΛΕ . .
. . ΙΚΡΑΤΕΣΔΑΜΟΤ . ΚΕ .
. ΑΘΟΝ
. . ΥΤΟΝ

— — — συμμ]ορίαι s. -φ
ἐπὶλ]εον πεδάϝο[ικ]οι·
. . α . . . ρος Περικλῆ[ος] s. -κλε[ίτου]
Ἐπ]ικράτης s. [Ἰφ]ικρ. Δαμοτ[έλ]ε[ος]
Β]ιάθων
Κλ]ύτων

Vs. 2 πεδάϝοικοι sunt μέτοικοι, cf. n. 40.

36 *a* Fragmentum marmoris, quod Stuart olim Athenis ad stoam Poecilen (i. e. Hadriani) viderat; in Britanniam delatum possidebat Iones, Finchleii; edidit et commentatus est Dan. Wray in Archaeologia II p. 216 sqq., cum tabula aeri incisa; hinc repetierunt Boeckh C. I. G. 166 et Rose, inscrr. gr. vet. p. 70 tab. VIII 2. — *b* Fragmentum lapidis Pentelici undique mutilum, 0.15 m. alt., 0.24 m. long., 0.16 m. crass., erutum in arce ad Parthenonem. Edd. Pittakis eph. 1118; Rangabé, n. 367; exscripsit Koehler et ectypon misit Kirchhoffio, qui utrumque fragmentum edidit C. I. A. I. 441. Fragm. *b* ipse contuli.

a

Ι ΙΙΙΙΑ
ΟΙΝΙΜ
ΙΗΕΑΣ
ΡΑΧΑΣ
ΤΕΗΕΣΣΤΑΣ
ΔΑΜΟΘΑΝΕΣ
ΘΥΜΑΡΕΣ
ΔΑΙΚΗΕΣ
ΣΥΗΙΧΟΣ
ΔΕΡΚΕΤΟΣ
ΗΥϘΟΔΟΡΚΑΣ
ΚΗΕΟΝ
ΚΡΑΤΙΑΔΑΣ
ΙΣΧΥΗΟΣ
ΑΡΧΙ ΑΣ

b

ΤΡΙΟ
ΙΣΤΙΟΝ
ΘΕΝΔΟΝΙΟΝ
ΥΚΙΝΟΣ
ΑΝΑΜΙΗΑΣ
ΕΡΚΕΤΟΣ
ϜΜΕΝΕΣ
ΙΣ

Nota. In fragm. *b* vs. 1 prima lineola non superest ex littera Λ, sed aut ex Κ aut ex Σ.

a - - - - ς
[Φ]οῖνιξ
[Φ]ιλίας
[Β]ραγχᾶς
Τελέσστας
Δαμοφάνης
Θυμάρης
Δαΐκλῆς
Σύλιχος
Δέρκετος
Λυϙοδέρκης
Κλέων
Κρατιάδας
[Α]ἰσχύλος
[Εὐ]αρχί[δ]ας

b [Ἀσ]τριος?
[Ἀ]ριστίων
[Σ]φενδονίων
[Λ]υκῖνος
[Ϝ]αναξίλας
[Δ]ίρκετος
[Ἐχ]εμένης
[Κλέοβ]ις (?)

a vs. 4 cf. Keil, syll. p. 48. — Sermonis et litteraturae indicio fretus verissime Boeckh conclusit esse haec nomina Cleonaeorum illorum, qui cum Argivorum copiis Atheniensibus Ol. 80.4 auxilio profecti in pugna Tanagraea occubuerant quosque in Ceramico sepultos esse memorat Pausanias I 29. 7. Itaque fragmentum b non suo loco repertum, sed postmodum in arcem transportatum esse existimandum est. — In dextra tabulae parte carmen additum erat in honorem defunctorum, cuius in frg. a unum restat vocabulum μαρναμ[εν —].

37 *Argis* in ecclesia S. Demetrii. Ex Fourmonti apographo edd. Rose, inscrr. gr. vet. tab. XI 1 et Boeckh C. I. G. 17, cf. praef. p. X et XXVII. Bis exscriptus exstat titulus in Rossii diario, editus ab eodem in inscrr. ined. I n. 55. Explendo titulo praeter hos operam dedere G. Hermann, opuscc. VII p. 174 sqq., O. Mueller, Goett. Anz. 1836 p. 1152 sqq., Welcker, mus. Rhen. 1850 p. 619, Keil, mus. Rhen. 1859 p. 511 sq., Kaibel, epigrr. gr. n. 936; Roehl, N. Jahrb. 1879 p. 608. Denuo exscripsit Le Bas, voy. arch. tab. VI 15, unde repetimus; cf. in Explicationibus n. 108 variam lectionem, quam ectypum iterum examinatum suppeditavit. Praeterea invenimus in diario Welckeri apographum, et in Franzii schedis varietatem lectionis, quam ex O. Muelleri apographo ille enotaverat.

ϘΟΝΑΓΕΘΕΚΕ
ΝΤΕΑΙΣΗΥΚΗΟ
ΘΙΟΠΟΣΤΟΙΣΔΑΜ
ΟΣΙΟΙΣΕΝΑΕΘΗΟ
ΙΣ:ΤΕΤΡΑΚΙΤΕ
ΓΑΔΙΟΝΝΙΚΕΚΑ
ΤΡΙΣΤΟΝΟΓΗΙΤΑ

Potiores varietates lectionis. Vs. 1 pro Ϙ, quod Le Basii ectypum praebuit, caeteri habent alii O alii Θ. — Vs. 2 post Σ in Le Basii ectypo cernitur potius + quam Ͱ, mox litterae K tantum linea recta in ectypo apparet; caeteri locum exscripserunt sic: Fourm. +YͰ, Ross [1] ͰY+, Ross [2] +YI, Welcker ͰYI, Mueller ⊣YͰ. — Vs. 3 punctum in tertio O exhibent Rossii apographa. — Vs. 5 pro interpunctione Ross [1] habet:, Welcker unum punctum, Ross [2] et Mueller spatium vacuum, Fourmont neque puncta neque spatium notat.

[Τοίδε τύπω δίων ἀνα]κων ἀνέθηκ' ἱ[λάο]ντο
Αἰσχύλλα[ς] Θίοπος, τοῖς δαμοσίοις ἐν ἀέθλοις
τετράκι τε [σ]πάδιον νίκη κα[ὶ] τρὶς τὸν ὁπλίτα[ν].

Subscripti igitur hi versus fuerunt anaglypho Dioscuros equitantes repraesentanti. Θίοψ pro Θίεψ; adhuc tantum femininum Θιόπη notum erat. Σπάδιον est forma aliquot dialectorum propria pro vulgari στάδιον, cf. Hesych.; Etym. M. p. 743. 24; Gregor. Cor. p. 364.

38 In lapide calcario mutilo, 0.2 m. alto, 0.16 m. lato, quem *Argis* a. 1872 in horto demarchi invenit Luedere; idem misit apographum et ectypum, quibus utor. Primas tres litteras, quae in ectypo cognosci non possunt, sumimus ex apographo; annotat autem Luedere eas certe non pertinere ad inscriptionem; quod sane mireris, quum hae litterae titulo bene conveniant. Edidit Kirchhoff, Stud. [3] p. 84.



Vs. 1 [γ]ροφο-. Vs. 3 [Ϡ]ωιᾶν s. [πατρ]ωιᾶν s. sim. Vs. 4 -ανς τάνς; cf. Ahrens, dial. dor. p. 104. Vs. 5 [δαμο]ϝια ὀφλῆ[σει]; de spiritu aspero cf. n. 39 Κύλλος, n. 40 Ἁγηίκράτης, n. 42 et n. 44a ἐποίϝηἰ, n. 79 νικάας, ἐνίκαἰ, Ἐλευὔνια, Ποσίδαια, ἐνηβώαις, n. 80 ἐποίηἰ, n. 83 Ποσιδᾶνι, n. 85 Αἰρηΐππος, n. 86 Ποσιδᾶνι, Αὐίππου, n. 87 Αἰνηίας, n. 88 Ποσιδᾶνι, Ἁγνόστρατος, not. post n. 91 Ποσιδᾶνος. Vs. 6 [ἀγ]ορεύοντε[ς] s. -όντω[ν]. Vs. 7 [τ]ῶν ἄλλων. Vs. 8 -του τοῦ ἡμ[ίσεος].

39 Ex schedis Fourmonti, in quibus exstat cum lemmate „Κουτζοπόδη super puteum" inter *Argivas* inscriptiones, edidit Boeckh, C. I. G. 18.

ϜΓΡΙΑΝΤΟ⁝ΤΟΥϜΙΚΑ⁝ . . .
ΓΓΡΙΙ⁝ΤΙΑΑ⁝ΒΒΒΒΒ . . . .
ΑϜΡ⁝ΚΥΗΑΒΟΣ⁝ΒΥΑΡ . . .
ΓΟΙΡΕ⁝ΑΗΚΙΤΟΙΡΑΣ⁝Ι . . .
Γ⁝ΡΑΙΕΥΣ⁝ΙΑΗΥΚΡ . . . .
ΟΦΕΗΗΟΚΗΕΙΔΑΣ⁝ϜΗΕ . . .
ΔΑΜΟΙΤΑΔΑΙ⁝ΒΑΡΙΣΤ . . .
. . Ε . . ΝΥΣΙ . . . ΒΡ . Γ . . .
. . . . . ΙΚΙ . . . . . .

Vs. 1 Ἐπρίαντο — ϝικα[τ-]. — Vs. 2 sqq. Sequuntur nomina et pretia soluta; quorum haec nullo negotio leguntur: Vs. 2 numerus D. Vs. 3 Κύλλος, de spiritu cf. n. 38. Vs. 4 Ἀλκιτοίδας. Vs. 5 [Πο]λυκρ[άτης]? Vs. 6 Ὀφιλλοκλείδας Κλε - - Vs. 7 Δαμοιτάδα, num. C, Ἀριστ - -

40 Ex schedis Fourmonti, in quibus inter *Argivas* inscriptiones exstat cum lemmate „prope Koutzopodam“, edidit Boeckh C. I. G. 19.

Τ . . . . ΙΛ . . Ι . . . . . . Τ . .
Λ . . . ΙΛ . . . ΙΙ . . . . Λ . . . Λ . . . .
. . . ΗΙ . Σ . . . ΙΙΛ . . . . . . ΣΑΝ . ΤΙ . . .
. . . . ΙΣ . . . ΙΣ . . . . ΑΚ . . ΤΙ
. . . ΝΥΜΑΧΟΣ ΗΥΣΙΜΑΧΟΣ ΗΥΚΟΦΡΟΝ
. . . . . ΚΕΠΙΛΕΝΕΣ ΟΧΙΠΟΝ
ΓΓ . . ΗΙΜΑΧΟΣ ΚΛΘΣΤΡΑΤΟΣΛΥΤΙΜΘΙΡΑ
. . . ΤΕΣΠΕΡΑΓΘΙΚΘΙ . . . . ΑΝΘΙΝΘ
. . ΣΕΘΣΠΑΝΘΑΗΕΣΣΠΚΗΕΙΡΑΣΗΕΥΚΙΡ
ΕΣ ΘΘΕΙΙΘΝ ΚΑΗΗΙΣΤΡΑΤΘΣΒΑΤΕΒΙΚΡ
Ν ΚΑΝΘΙΑΣ ΚΗΕΘΝ
ΑΤΕΣ ΝΘΡΑΙΣ ΠΙΚΤΕΑΣ
ΑΥΗΗ

Ἀρ[ίσ]τι[ππος]
. . . νίμαχος Λυσίμαχος Λυκόφρων
— Ἐπιγένης Ὀχί[μ]ων
- ππ[ος Καλ]λίμαχος Κ[λε]ίστρατος [Ἀν]τιμοίρα[ς]
[- κρα]της· πε[ρ]ίϝοικοι . . . . Ἀνθεα[ς]
. . τεος Πανθαίδης Σ[ω]κλείδας Λεύκι[ππος]
- ης Ὠ[φ]ελίων Καλλίστρατος Ἀ[γ]ησικρ[άτης]
— Κανθίας Κλέων
[- κρ]άτης [Ἀγ]όρατι[ος Ἐ]πικτίας
[Ἀ]γυλλ[ος]

Vs. 8 πεδιάϝοικοι cf. n. 35. Vs. 10 Ἀγησικράτης, nomina dorica ab Ἀγησι- pro Ἀγησι- non inaudita, cf. n. 88 et not. post n. 91, de interiore spiritu aspero cf. n. 38. Vs. 12 Ἀγόρατος, cf. C. I. G. 1193.

41 Olympiae ad eum Olympiei angulum, qui inter ortum brumalem et meridiem spectat, effossa sunt quinque marmora Paria nunc disiecta, olim in unam basim 3.905 m. longam, 0.32 m. altam, 0.96 m. latam coniuncta, inscriptionibus (n. 41 n. 42 n. 95) in hunc modum tecta (cf. Furtwaengler, arch. Zeit. XXXVII p. 43 sqq.):

angulus	titulus Athanodori et Asopodori	tit-	ulus Praxiteiis	titul-	us Atoti	angulus
	0.765	0.84	0.805	0.70	0.795	

Gradus tofiui, in quos haec basis marmorea imposita erat, aedificati sunt in stratura humi inferiore quam ea quae recisamenta et recrementa templi continet; efficitur hoc donarium non recentius esse tempio medio saeculo quinto exstructo. Congruit cum hac re optime quod anguli horum graduum crusta tectorum prorsus integri sunt, quippe qui modo aedificati humo exaggerata sint obruti. — Apparet donarii a Praxitele dedicati, quod haud exiguum fuisse basis mensura prodit, duas fuisse partes a compluribus artificibus confectas. Athanodori et Asopodori titulum, qui litteris 0.02—0.03 m. altis est scriptus, edidit E. Curtius, arch. Zeit. XXXVI p. 181 sq. Adhibeo ectypum.

ΞVΝΟΝ:ΑΘΑΝΟDΟRΟΤΕ
ΚΑΙΑΣΟΠΟDΟRΟΤΟDΕFΕRΓΟΝ
+ΟΜΕΝΑ+ΑΙΟΣ:ΗΟDΕΞΑRΓΕΟΣ
ΕVRV+ΟRΟ

Ξυνὸν Ἀθανοδώρου τε καὶ Ἀσωποδώρου τόδε ϝέργον.
χὠ μὲν Ἀχαιός, ὁ δ' ἐξ Ἄργεος εὐρυχόρου.

Nomina repugnantia in versum hexametrum infarta sunt. Eadem Athanodori et Asopodori nomina coniuncta occurrunt apud Plinium XXXIV 50, ut vix liceat dubitare, quin iidem homines sint intellegendi. Quos quum Plinius a Polycleto profectos esse praedicet, erroris est incusandus, si quidem ea recte se habent, quae supra de aetate tituli dicta sunt.

42 In duobus lapidibus Olympiae repertis, qui erant partes basis magnae (cf. lemma n. 41), litteris 0.04—0.045 m. altis. Ad sinistram hos lapides excipiebant ii, qui continent titulum Praxiteiis, ita ut hunc artificis titulum integrum esse constet (contra Wilamowitzium, Zeitschrift für Gymnasialwesen XXXI p. 653). Edidit E. Curtius, arch. Zeit. XXXIII p. 181, XXXIV p. 48 tab. 6, Ausgrab. zu Olymp. I tab. 32; cf. Roehl, arch. Zeit. XXXVII p. 37. Exscripsi, ectypum adhibui.

ΑΤΟΤΟΣ:ΕΠΟΙFΕΗΕ:ΑRΓΕΙΟΣ
ΚΑRΓΕΙΑDΑΣ:ΗΑΓΕΛΑΙDΑ:ΤΑRΓΕΙΟ

Ἄτωτος ἐποίϝηἑ Ἀργεῖος κἀργειάδας Ἀγελαΐδα (i. e. ὁ Ἀγελ.) τἀργείου, h. e. fecit Atotus, Argivus et Argeades, filius Agelaidae Argivi. De spiritu interno qui est in ἐποίϝηἑ cf. not. ad 38; de crasi τἀργείου cf. not. ad n. 21. Quum Argeadae Macedoniae reges se ab Argis oriundos praedicarent tum Alexandri etiam eo tempore, quo regnum nondum ad eum transierat, magnopere intererat, ut Argivus agnosceretur, cf. Herod. V 22: Ἀλεξάνδρου γὰρ ἀεθλεύειν ἑλομένου (sc. ἐν Ὀλυμπίῃ) καὶ καταβάντος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο οἱ ἀντιθευσόμενοι τῶν Ἑλλήνων ἔξεργόν μιν, φάμενοι, οὐ βαρβάρων ἀγωνιστέων εἶναι τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ Ἑλλήνων. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπειδὴ ἀπέδεξε, ὡς εἴη Ἀργεῖος, ἐκρίθη τε εἶναι Ἕλλην καὶ ἀγωνιζόμενος στάδιον συνεξέπιπτε τῷ πρώτῳ, cf. etiam Herod. VIII 137, Thuc. II 99. Illa igitur aetate Ageladas artifex, unus ex Argeadis, quum Argivos et Macedones propinquitatis vinculo contineri videret, in Graeciam artium nutricem, atque Argos quidem, qui erant vel certe ab ipso existimabantur patria, constituit demigrare. Hinc Atotus filius et suo et paterno nomini consulto subiecit in hoc titulo nomen Argivi et se eundem Argeaden esse declaravit, ne pristinae patriae oblitus esse aut iura quae ibi possidebat renuntiasse videretur.


43 *Argis* ex lapide quadrato se hunc titulum exscripsisse tradit Lenormant, mus. Rhen. 1866 p. 515 n. 323. Repetiit Foucart in opere Le Basiano, explic. n. 128*a*.

ΜΕΛΑΝΘΙΟΣ

Μελάνθιος.

---

44 Basis statuae ex lapide calcario nigro facta, 0.238 m. alt., 0.49 m. lat., 0.57 m. crass., reperta Olympiae inter Heraeum et Pelopium. Vetustus titulus athletae in parte antica, vetustus titulus artificis et utriusque tituli repetitio in superficie aequa deprehenduntur. Edidit Furtwaengler, arch. Zeit. XXXVII p. 144.



Πυθοκλ[ῆς ϝαλεῖος πένταθλος]. Πολύκλειτος [ἐποίει Ἀργεῖος]. Cf. Paus. VI 7 fin.: τὴν δὲ ἐφεξῆς ταύτῃ [sc. εἰκόνα], πένταθλον Ἠλεῖον Πυθοκλέα, Πολύκλειτός ἐστιν εἰργασμένος. Polycletus minor, qui ineunte saeculo quarto Pythoclis statuam confecit, in suo quidem titulo alphabetum vetus Argivum servavit. Satis recenti aetate hi tituli antiqui, quum aliis basibus iuxta collocatis iam minus commode legi possent, alio loco superficiei repetiti sunt forma decurtata. Eodem tempore illud 18 videtur inscriptum esse, quod quid sibi velit non perspicio.

44*a* Lapis calcarius niger, infra et dextra integer, supra et laeva truncatus, 0.46 m. long., 0.42 m. lat., 0.30 m. crass., erutus Olympiae prope ecclesiam Byzantinam, viginti passibus a latere occidentali. Exscripsit Purgold.

///Π C/// F F B E I A R Ρ E I O Σ
/// Λ///≡ C//H K A N

— — ἐ]πο[ί]ϝηε Ἀργεῖος. — — ι ἀ[ν]έθηκαν.

Locus ubi lapis repertus est in eam opinionem adduxit Purgoldium, ut hanc censeat esse imminutam basim statuae Lysippi Elei, de qua haec tradit Pausanias VI 16: μέσος δὲ ἕστηκεν αὐτῶν Λύσιππος Ἠλεῖος, καταπαλαίσας τοὺς εἰσελθόντας τῶν παίδων· Ἀνδρέας δὲ Ἀργεῖος ἐποίησε τοῦ Λυσίππου τὴν εἰκόνα. Inconstantia scripturae (vs. 1 E = η, vs. 2 H = η) paulo recentiorem huius tituli aetatem videtur testari quam tituli n. 42; quamquam si quis respuens Purgoldii coniecturam Ionicos dedicatores versum alterum suo alphabeto incidisse contendere mavult, haec opinio, licet veri non sit simillima, certe non potest refutari.

---

45 In lapide calcario cano, 0.58 m. alt., 0.28 m. lat., 0.12 m. crass., super anaglyphum, quod repraesentat Dianam cum arcu et face, ad utramque partem capitis; litterae 0.015 m. sunt altae. Lapis *Argis* a Le Basio a. 1843 inventus Athenas transportatus est, deinde dono Prokeschii in museum Berolinense pervenit, ubi exscripsi. Edidit Le Bas, rev. arch. II p. 691 sqq. tab. XLIV et voy. arch. n. 109, monum. fig. 102 n. 1. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 87.

ΠΟΛΥΣΤΡ ΑΤΑΑΝΕΘΗ.
ΚΕ

Var. lect. Le Bas: Ρ.

Πολυστράτα ἀνέθηκε.

---

46 In spiculo hastae aeneo effosso Olympiae haud procul ab Olympieo. Edidit E. Curtius, arch. Zeit. XXXIII p. 181, unde exemplum veram magnitudinem aequans depromimus; id. Ausgrab. zu Olymp. I tab. 32. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 152.

ΜΕΘΑΝΙΟΙΑΠΟΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΝ

Μεθάνιοι ἀπὸ Λακεδαιμονίων.

---

47 *Hermionae*; ex schedis Fourmonti ed. Boeckh C. I. G. 1195; a. 1868 lapidem in fundamentis unius ex turribus muri Venetici repperit Foucart, solvendum curavit, rectius edidit in Le Basii opere, n. 159*a*, unde repetimus. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 151.

ΑΛΕΧΙΑΣΛΥΟΝΟΣΑΝΕΘΕ
ΤΑΙΔΑΜΑΤΡΙΙΤΑΙΧΘΟΝΙΑ
ΗΕΡΜΙΟΝΕΥΣ
ΚΡΕΣΙΛΑΣΕΠΟΙΕΣΕΚΥΔΟΝΙΑΤ

Var. lect. Vs. 1 fin. Fourm.: ΘΕΙ; errores eiusdem praeterimus.

Ἀλεξίας Λύωνος ἀνέθη[κε] τᾷ Δάματρι τᾷ Χθονία[ι] Ἑρμιονεύς. Κρησίλας ἐποίησε Κυδωνιάτ[ας].

Cresilam artificem Phidiae fuisse aequalem satis notum est. Vs. 2 littera X = χ errore lapicidae irrepsit.

48 *Hermionae*; ex schedia Fourmonti edidit Boeckh C. I. G. 1194. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 150.

ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΣΑΧΕΘ.ΕΑΛΕΧΙΑ
ΤΑΙΔΑΜΑΤΡΙΤΑΙΨΘΟΝΙΑΙ
ΕΡΜΙΟΝΕΥΣ
ΗΟΚΟΘΕΟΣΕϜΕΛΑΣΑΤΟΑΚΛΕΙΟΣ

Ἀριστομένης ἀ[ν]έθ[ηκ]ε Ἀλεξία τᾷ Δάματρι τᾷ Χθονίᾳ Ἑρμιονεύς. [Δ]ωρόθεος ἐϝ[ε]ργάσατο Ἀργεῖος.

V.

TITVLI LACONICI ET MESSENII.


49 In lapide rudi apud *Geronthras* (Geraki) reperto. Ex Le Basii apographo parum accurate edidit Rangabé n. 317, melius ipse Le Bas, rev. arch. II (1845) p. 71 tab. XXV 2 et voy. arch. n. 226 tab. II 5.



. [Κ]λέω[ν]
ἀ. ϝάναξ
τ. Ἐβύκιος
ἀ. Μίτας
ἀ. Μύλος
ἀ. ϝάναξ

Versus plerosque a dextra esse integros docet ornamentum undulatum; ne a sinistra quidem litteras interceptas esse, quamquam ipse margo non servatus est, inde colligas, quod in nomine Ἐβύκιος litterae artius sunt positae, haud dubie ut spatium sufficeret. Singulae litterae quid significent ante nomina, dubium est.

50 In parte interiore cymbali aenei, quod Misithrae emit Le Bas. Idem edidit rev. arch. I p. 721, voy. arch. n. 161 tab. VI 3 et mon. fig. tab. 108; hinc titulum depromimus.



Ἀμυνᾶτις.

51 Anaglyphum ex marmore caeruleo nigrescenti, repertum in regione quae a Magula vico est inter septentriones et orientem solem, nunc servatur in museo Berolinensi. Repraesentatur iuvenis, qui serpenti aliquid libi simile offert; inferior pars stelae fracta periit; ea quae superest, est 0.27 m. altitudine, 0.29 m. latitudine. Titulus pone tergum figurae in spatio plano deorsum currit; initio laesura lapidis fortasse paucas litteras hausit, plures in fine intercidisse licet suspicari; litterae quae inter servatas sunt quinta et sexta dirimuntur baculo seu gladio iuvenis in inscriptionem proiecto. Edd. Dressel et Milchhoefer, Mittheil. d. deutsch. arch. Inst. in Athen II p. 314 sq. Lapidem examinavi.

ΜΑΜΕΛΚΟΙΘ / ΙΟϘΟΚ

Not. Omnia certa sunt, ne Ϻ quidem ullam dubitationem admittit. [Τοὶ] κόροι Θιοκλεῖ Ναμ[ερτίδα], equites Theocli Namertidae filio.

52 In vico Parorio prope *Spartam* ad occidentem versus sito, marmor caeruleum supra portam ecclesiae S. Nicolai. Edd. Dressel et Milchhoefer, Mittheil. d. deutsch. arch. Inst. in Athen II p. 435.

Λεχοῖ. Ipsi editores conferri iubent titulum recentiorem, quem publici iuris fecerunt p. 440 ΑΓΙΠΠΙΑΛΕΧΟΙ; fuerit Λεχώ cognomen Ilithyiae.

---

53 Inter *Amyclas* et Pharin (Βαφιό) in pila quadrata marmorea alba, c. 0.35 m. crass., 1.16 m. alt., quae in vico Γουδίνῃ in exteriore pariete dirutae ecclesiae B. Virginis inaedificata fornicem sustinet; oriunda videtur e parietinis vicinis templi Amyclaei; litterae 0.05 m. altae sunt. Ex Fourmonti schedis edidit Boeckh, C. I. G. 35. Vidit Thiersch a. 1832, cf. biogr. II p. 269. Iterum exscripsit a. 1833 Ross et edidit in inscrr. ined. I n. 47, haec annotans: „litterarum ϡ et ≷“ (vide var. lect.) „nullum vestigium superest; fuisse olim non negaverim: nam omnes quae supersunt litterae dedita opera scalpro fabrili vel alio acuto instrumento adeo excisae deletaeque sunt, ut vix legi possint, in quo vastatricem Fourmonti manum licet agnoscere.“ Contra Goettling, qui paulo post exscripsit titulum et edidit in Neue Jen. Allg. Lit. Zeit. 1842 n. 66 p. 269 sq., affirmat illas duas litteras nunquam fuisse in lapide, inscriptionem prorsus rudem et inscitum in modum esse incisam et sibi videri a Fourmonto fabricatam. Repetimus titulum ex diario Rossii:

Var. lect. Vs. 1 Fourm.: ≷ΑΔΙΜΞΛVΞϡ, vs. 2 idem Α≷, Goettl. Α≷.

Εὐγενίδας. Titulum a Fourmonto fictum esse noli Goettlingio credere; neque enim ille ullum titulum in lapide incidisse videtur neque in eis, quos in schedis adulterinos confecit, usurpavit formam D, sed Δ. Non integrum esse titulum demonstrant quum eae litterae, quas unus Fourmont praebet, tum vs. 2 littera Α.

---

54 Lapis canus 0.19 m. altus, 0.17 m. latus, a sinistra truncatus, caeteroquin integer; inventus est *Spartae* in muro aediculae et nunc Athenis in museo servatur; versus lineis incisis inter se separati sunt. Ross, Intelligenzblatt d. allg. Lit. Zeit. 1837 n. 48 (arch. Aufs. I p. 7); Rangabé n. 316; Le Bas, voy. arch. n. 160. Ectypo usus denuo edidit et viam interpretationis monstravit Neubauer, Herm. X p. 153 sqq.; hinc repetimus collato ectypo.

Var. lect. Le Bas: vs. 1 IT; vs. 3 I≷; vs. 4 B falso pro D; ibid Ↄ om.

92 Sub figura sedente muliebri e marmore cano facta, capite et manibus trunca, 0.97 m. alta; basis 0.73 m. est latitudine. Reperta est a. 1866 inter Megalopolim et Tripolitzam in palaeocastro Zurku-Mylio in finibus urbis antiquae *Aseae*, deinde Athenas in museum publicum est transportata. Ediderunt C. Curtius, arch. Zeit. XXXI p. 10; Cumanudes, ephem. 1874 n. 440; Foucart, explic. n. 334*d*.

Ο Μ Ǝ Ɔ Α

Ἀγεμώ apud Arcades idem valuerit atque ἡγεμόνη, quod Dianae et Veneris cognomen fuisse tradunt Pausanias (VIII 37. 1) et Hesychius (s. v.); sed nimirum rarissime (cf. Foucart in opere Le Basiano n. 352*d* ΑΘΑΝΑΙΑ) sub statuis deorum nomen casu recto scriptum legitur. In extrema voce littera ι omittitur ut in titulo Paestano n. 542 et fortasse in Melio n. 416.

93 Fragmentum lapidis calcarii, 0.40 m. altum, 0.34 m. longum, in vico Pavlitza muro domus inditum, ex parietinis *Phigaliae* ablatum; litterae grandes; titulus mutilus. Edidit Martha, bull. de corresp. hellénique, III 1879 p. 468 sq. Exscripsit Lolling, cuius apographum repetimus.

ΔΑΣΙΚΛΕΣ
ΦΙΛΟ.ΔΕΜΟ
ΚΟΛΟΙΦΟΝ
ΑΙΘΟ·Ν
ΜΑΛΕΚΟΣ
ΟΛΥΠΙΣ

Var. lect. Martha: Vs. 1 ΦΑΣ, ibid. Ϝ. Vs. 2 ΔΑΜΟϹ. Vs. 5 Φ pro Μ. Vs. 6 Α pro Ο.

[Ἐ]ρασικλῆς vel [Φ]ρασικλῆς
Φιλόδαμος
Κολοιφῶν
Αἴθων
Μάληκος
Ἄλυπις.

94 In marmore albo, circiter 0.6 m. longo, 0.2 m. alto, quod insertum est aut certe erat insertum muro ecclesiae D. Eliae prope Neochorium ad radices montis Artemisii in *Tegeatide*; litterae valde exesae attritaeque; marmor videbatur Rossio esse basis parvularum statuarum seu potius anaglyphi. Exscripsit Ross et edidit in inserr. gr. ined. I 7; hinc repetiverunt Rangabé n. 2238 et Foucart, explic. n. 335*a*. Cf. praeterea Ahrens, dial. Aeol p. 233 et Philol. XXIII p. 19 sq.; Kirchhoff, Stud.[3] p. 149; Roehl, Mittheil. d. deutsch. arch. Inst. in Athen I p. 232 sq. Habemus in Rossii diario.

Ι ΙΟΣΟΙΔΑΝΟ ΒΕΡΜ. . . . Σ ΒΕΡΑΚΛΕΣ
ΨΑΔΤ

[Π]οσοιδᾶνος Ἑρμ[ᾶνο]ς Ἡρακλῆ[ο]ς Χαρ[ί]τ[ων]. De diphthongo nominis Ποσοιδᾶν cf. not. ad n. 79, de forma Ἑρμᾶνος not. ad n. 60. Cur primum nomen in fine deorsum flexum sit, num Σ et Ϛ sint in lapide, num iure Rossium duarum litterarum omissarum arguerimus, diiudicabitur si contigerit ut lapis iterum examinetur.

95 In duobus lapidibus Olympiae effossis, qui cum aliis magnam basim formabant (cf. lemma n. 41); eius lapidis qui est ad sinistram pars postica fractura separata est ab antica. Ad dextram titulus linea directa finitur; litterae 0.03—0.04 m. altae sunt. Edidit E. Curtius, arch. Zeit. XXXIV p. 48 sq. tab. 6 et Ausgrab. zu Olympia I tab. 32. Cf. Kaibel, epigrr. gr. n. 744; Kirchhoff, Stud.[3] p. 149; Dittenberger, Herm. XIII p. 388 sqq. Exscripsi, ectypum adhibeo.

ΠΡΑ+ΙΤΕΛΕΣΑΝΕΘΕΚΕΣΥΡΑΚΟΣΙΟΣ | ΤΟΔΑΓΑΛΜΑ
ΚΑΙΚΑΜΑΡΙΝΑΙΟΣΠΡΟΣΘΑΡΕΜ | ΑΝΤΙΝΕΑΙ
ΚΡΙΝΙΟΣΗΥΙΟΣΕΝΑΙΕΝΕΝΑΡΚ | ΑΔΙΑΙΠΟΛΥΜΕΛΟ
ΗΕΣΛΟΣΕΟΝΚΑΙFΟΙΜΝΑΜΑΤ | ΟΔΕΣΤΑΡΕΤΑΣ

Πραξιτέλης ἀνέθηκε Συρακόσιος τόδ' ἄγαλμα
καὶ Καμαριναῖος· πρόσθ' ἄρ' ἰ(μ) Μαντινέαι
Κρίνιος υἱὸς ἔναιεν ἐν Ἀρκαδίαι πολυμήλε[ι]
ἐσλὸς ἐὼν καί ϝοι μνᾶμα τόδ' ἔστ' ἀρετᾶς.

Pluribus motibus saeculo quinto Siciliae urbes vexatae sunt quam ut indagare possis qua ratione Praxiteles et Syracusanorum et Camarinensium civis factus sit; cur titulum ad medium saeculum quintum referremus dictum est ad n. 41. Scriptura tituli convenit Arcadiae. Vs. 2 in vocibus ἰ(μ) Μαντινέαι non tam littera μ omissa (cf. Boeot. ἔπασις pro ἔμπασις, ἰ(μ) πόλι ap. Carapanum, Dodone et ses ruines tab. XXXVII 1, et in his titulis 'Α(μ)φιτρίτα νύ(μ)φη 'Ολύ(μ)πιος) quam correptio syllabae ἰ(μ) Μ-- offendit; tamen vereor in lapide diligenter inscripto Ρ pro D incisum vitio lapicidae tribuere cum Dittenbergero, qui legendum censet: πρόσθα [δ]ὲ Μαντινέᾳ. — Vss. 2. 3. Praepositio ἐν fortasse epicae dialecto debetur; quamquam ne in soluta quidem oratione Arcades veteres prae forma sibi usitata ἰν (cf. tit. Teg. Le Bas 340 c. e, Mantin. 352 p ΙΜΠΕΔΕΑ) vulgarem ἐν prorsus contemnebant (cf. tit. Teg. Le Bas 340 e et infra n. 105).

96 *Tegeae* hunc titulum repperit Fourmont, contra Miltiades Graecus eum vidit εἰς τὸ Τζαμὶ ἀντικρὺ τοῦ χανίου (hoc est in moschea e regione deversorii) εἰς Τριπολιτζὰν (Tripolitzae) ἐπὶ ἀνελλιπῆ λίθον; ex utriusque apographis edidit Boeckh C. I. G. 1520. Denuo exscripserunt Leake, travels in the Morea II p. 48 tab. n. 51, et qui lapidem Tripolitzae in aedes scholarum insumptum invenerunt Lenormant et Trézel, ex quorum apographis fluxerunt editiones Blouetii, exp. scient. II p. 88 et Le Basii, inscrr. gr. et lat. fasc. 1 n. 18; novo apographo et ectypo usus edidit Le Bas, voy. arch. tab. VI 17 et n. 339. Habemus titulum etiam in diario Rossii, qui eum in columna striata legi annotat. Sequimur Le Basii itin. n. 339.

. . . . ΘΕΚΕ·Α
FΑΣΣΤΥΟΧΟ
Λ Ε Υ Κ Ι Ο Σ Μ Ο Μ Μ

Var. lect. Nemo nisi Le Bas praebet versum primum, cuius vestigia in ectypo non ita clara deprehendit Foucart. Vs. 2. Apertos errores eorum qui prius exscripserunt titulum missos facimus; in fine nulla littera Foucarto videtur periisse.

[ὁ δεῖνα ἀνέ]θηκε[ν]
ϝαστυόχω.

Aetate Romana lapis recepit titulum recentiorem vs. 3.

97 *Tegeae* exscripsit et edidit Foucart in opere Le Basiano, n. 335 e; ad dextram titulus est integer.

ΝΕΘΕΚΕ

[ὁ δεῖνα ἀ]νέθηκε.

98 Basis alba marmorea, 0.47 m. alt., 0.65 m. long., 0.565 m. lat., effossa Olympiae extra murum Byzantinum orientalem, ante secundam eius portam ad meridiem versus. Titulus paene oblitteratus incisus est in margine superficiei aequae. Edidit Furtwaengler, arch. Zeit. XXXVIII p. 70.

////ΣΘΑΣΙΟΣΠ////

[Τίλλων τόνδ' ἀνέθηκε, Δαιμόνος ἀγλαὸς υἱός,]
['Αρκὰς 'Ορε]σθάσιος, π[ὺξ ἐνὶ παισὶ κρατῶν].

Supplementa mutuari licet quum a Pausania (VI 10. 9), qui Tallonem Oresthasium puerum pugilatu vicisse memoriae tradit, tum a titulo secundi fere vel primi ante Christum saeculi, qui, quum antiquior iam parum clarus esset oculis eorum qui legebant, in eiusdem superficiei margine dextro exaratus est. Is aliquanto melius servatus est archetypo; supersunt enim haec (cf. Dittenberger, arch. Zeit. XXXV p. 190):

ΤΕΛΛΩΝΤΟΝΔΑΝΕΘΗΚΕΔΑΗΜ//////////
ΑΡΚΑΣ(///Ε<^////ΙΟΣ//////////////////////////////

99 In basi marmorea Olympiae inter rudera ecclesiae Byzantinae effossa; inscriptio in planitie superiore in alteram partem 0.65 m., in alteram 0.58 m. lata legitur et tria foramina 0.05 m. alta circumdat. Edidit Fraenkel, arch. Zeit. XXXV p. 138, ex ectypo et R. Weilii apographo; cf. Kaibel, mus. Rhen. XXXIV p. 205 n. 941 c. Utor ectypo; imaginem ad quintam partem reduxi.

ΝΟΚΙΝ ƎΑƎΝΙV Ǝ
ΠΑΤΡΟΣΕΧΟΝ
ΟΝΟΜ
ΠΥ
DANEΘΕΚΕ

Var. lect. Fraenkel vs. 1 V om. Vs. 2 fin. et vs. 3 init. ectypum obscurum. Vs. 4 fin. Fraenkel om. ΝΟΜ.

Πυ[κτας τὸν]δ' ἀνέθηκεν ἀπ' εὐδόξοιο [Κ]υ[ναιθας]
Αἰνείας νικῶν, πατρὸς ἔχων ὄνομ[α].

100 In basi lapidea 1.28 m. longa, 0.93 m. lata, 0.27 m. alta, *Mantineae* intra portam Tegeaeam; quae vs. 1 ante Ἀπόλλωνι scripta erant postea dedita opera erasa sunt; superficies lapidis margine paulo altiore cincta servavit quinque foramina, quibus donarium aeneum infixum erat. Edd. Conze et Michaëlis, annali dell' inst. arch. 1861 p. 39; iterum exscripsit Foucart, et edidit in Le Basii opere n. 352*b*. Cf. praeterea Dittenberger, arch. Zeit. XXXIV p. 219 not. Sequimur Foucartum, qui formas litterarum diligentius expressit.

////////////////////////////Α Γ Ο Λ Λ Ο Ν Ι
Κ Α Ι Σ Υ Ν Μ Α Χ Ο Ν Δ Ε Κ Ο Τ Α Ν

[Ἀπὸ ---] Ἀπόλλωνι καὶ συνμάχων δεκόταν sc. Mantinenses dedicaverunt. Memoriam cladis hostium postea seu amicitia facta seu Mantinea ab illis devicta non placuit servare. Ἀπὸ Τεγεατᾶν, quod supplet Foucart titulum referens ad pugnam a. 422 commissam (Thuc. IV 134), vereor ne nimis spatii occupet. Vide an perierit nomen alicuius urbis a Mantinensibus subactae (Thuc. V 29 τοῖς γὰρ Μαντινεῦσι μέρος τι τῆς Ἀρκαδίας κατέστραπτο ὑπήκοον) e. g. ἀπ' Ἀλεαῶν, deletum aetate Epaminondae.

101 In tabula lapidis calcarii male levigata, reperta inter parietinas *Mantineae*; litterae plus 0.04 m. altae ductu lato et profundo incisae sunt. Exscripsit a. 1868 Foucart et edidit in libro: monuments grecs publiés par l'association pour l'encouragement des études grecques en France n. 4, 1875, p. 23 sqq. et in opere Le Basiano, n. 352*a*. Cf. H. Weil, rev. arch. 1876 XXXII p. 50.

Δ Ι Ο Σ
Χ Ε Ρ Α Υ Ν Ο

Διὸς Κεραυνῶ, sc. hic fundus (cf. Foucart, bull. de corr. hell. II 1878 p. 515); ipse igitur Iuppiter hic dicitur κεραυνός, non κεραύνιος.

102 *Tegeae*; ex Gellii schedis ediderunt Rose, inscrr. gr. vet. praef. p. VII 1, et Boeckh, C. I. G. 1512; hinc repetimus.

ΚΛΕΟΝ
ΑΡΚΟΙΑΣ
ΔΑΜΟΚΛΕΣ
ΕΠΙΤΕΛΕΣ
5 ΣΟΣΙΑΣ
ΚΛΕΤΕΑΣ
ΛΑΝΠΕΤΙ

Var. lect. Rose praebet saepe Λ, semper Σ; idem versuum initia sic disponit, ut unus secundus versus dextrorsum recedat.

Κλέων
Ἀρκοίας
Δαμοκλῆς
Ἐπιτέλης
5 Σωσίας
Κλητέας vel Κλεττέας
Λανπετί[δας] vel sim.

103 Haud procul a parietinis *Tegeae*, a vico Thana ad occidentem versus in ecclesia semiruta Ag. Theodori. Edidit Milchhoefer, Mittheil. des deutsch. Inst. zu Athen IV p. 143.

Κ Λ Ε Ο Ν

Κλέων.

104 Lapis calcarius *Mantineae* intra orbem muri in Ophi rivo erectus. Litterae ductu lato incisae et bene servatae sunt. Edidit Milchhoefer, Mittheil. des deutsch. Inst. zu Athen IV p. 145.

Α Χ _ Λ Ο Ι Ο

Ἀχ[ε]λῴω.

105 Lamina aenea, 0.235 m. lat., 0.079—0.082 m. alt., 0.0003 m. crass., reperta Olympiae, ex Philippeo in occasum brumalem et in meridiem. Fissura mediam prope in duas partes dividit; duo foramina, ex quibus sinistrum laesum est, ad affigendam laminam idonea erant. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI p. 140, tab. XVII 3; cf. ibid. XXXVII p. 49 et p. 165. E. Curtius, Ausgrab. zu Olymp. III tab. 25. Utor ectypo.

Ε Δ Ο Ξ Ε Ν Α Λ Ε Ι Ο Ι Σ Ι
Δ Ι Φ Ι Λ Ο Ν Τ Ο Ν Α Θ Α Ν
Ο Ν Μ Ε Λ Α Ν Ο Π Ο Η Υ Ι Υ Ν Ο
Π Ρ Ο Ξ Ε Ν Ο Ν Κ Α Ι Ε Υ Ε Ρ Γ Ε
Τ Α Ν Τ Ο Ν Α Λ Ε Ι Ο Ν Γ Ρ Α Φ Σ
Α Ι Ε Ν Ο Λ Υ Ν Π Ι Α Ι Ε Δ Ο Ξ Ε Ν

Ἔδοξεν Ἀλεῖοισι· Δίφιλον τὸν Ἀθαν[αῖ]ον, Μελανώπω υἱύν, πρόξενον καὶ εὐεργέταν τῶν Ἀλειῶν γράψαι ἐν Ὀλυνπίαι ἔδοξεν.

Ἀλειοί, i. q. Ἀλεοί, videntur esse incolae Aleae urbis Arcadicae haud procul a Phliunte sitae; Eleis enim hunc titulum tribuere vetamur et spiritu aspero et terminatione οισι et voce εὐεργέτας pro εὐαργέτας s. εὐϝαργέτας et aliquot litteraturae discrepantiis. Littera Ξ indicium est scripturae Ionicae sensim se inferentis, sed quid scribam induxerit, ut semel (vs. 5) littera λ eversa uteretur (ᒣ), non perspicio. Vs. 3 de υἱύν cf. nota ad n. 54. Vs. 6 de ἐν cf. not. ad n. 95.


106 In *fragmine*, quod videtur fuisse margo cassidis, ornamentis instructo, 0.145 m. longo, reperto Olympiae, ex templo Iovis ad occidentem versus. Litterarum altitudo 0.004 m.; litterae V et Δ 0.08 m. inter se distant. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI p. 140 tab. XVIII 3.

ΞΟΡΑΥ ΔΑΜΟΣΤΟΙ

Δᾶμος τοῖ — — ξέ(ω)ραυ. Genetivi terminatio *αυ* titulum Arcadiae addicit; de littera Ionica Ξ cf. not. ad n. 105.

---

107 Lamina aenea tenuis, fracta et comminuta, reperta Olympiae in porticu ad meridiem et orientem sita; contigit ut fragmenta inter se coniungi possent praeter quatuor frustula partis sinistrae nunc deletae; supra et infra et ad dextram lamina est integra. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII p. 156 sqq., inde repetimus exemplar, quod tertia parte minus est quam ipsum aes.



[Ἐπεὶ τοῖδε ἐ]δωκαν ὀ[π]τοχρυσ[ί]ον | [καὶ ἐσκεύ]ασαν τὸ ἱερὸν τῶ Διός, | [ἔδοξεν ἦ]ναι αὐτὸς καὶ γενεὰν | [αὐτῶν προ]ξένος καὶ εὐεργέτας· | [— ιπ]πος Θεοδότω Μάγνης | — ην Θηραῖος | — ε Συρακόσιος | — Σεκυώ[νι]ος | — ε Ἀργεῖος. | [Ἐπὶ —]κλέος καὶ Ὀλυμπιοδώ|[ρω ἑλλανο]δικόντοιν (?). Hanc tabulam non esse Eleam docet dialectus, eandem non esse ita antiquam, litteratura mista; atqui eam ab antistitibus templi conscriptam esse argumentum testimonio est; itaque ad ea tempora eam referendam censet Kirchhoff, quibus Arcades una cum Pisaeis sacra administrabant, i. e. Ol. 103. 4—104. 2. Vs. 1. Ὀπτοχρυσίον i. q. χρυσίον ἑφθόν, cf. Soph. Antig. 475 σίδηρος ὀπτός. Vs. 11. Lineolam proclivem neglegendam putavi; sed in iis quae servata sunt exspectaverim [ἑλλανο]δικέντοιν. Parvus hellanodicarum numerus offensionem affert nullam; nam Arcades et Pisaei non curantes multiplicationem numeri Eleis placitam eum numerum restituerunt, qui fuerat Ol. 52, quo tempore Pisaei iuribus suis cedere coacti sunt. Neque mirum, quod hanc magistratus mutationem, quae per paucissimos annos staret, Pausanias (V 9) non enumeravit.

---

108 Litteris editis in globo plumbeo figura olivae, reperto *Megalopoli*. Exscripsit Foucart et edidit in opere Le Basiano n. 332 *a*.

Ο ꟼ Δ Ν Α Ǝ Λ ꓘ

Κλεάνδρω. Nomen esse funditoris recte annotat Foucart; titulus, qui in forma dextrorsum spectabat, saeculum quartum vetustate fortasse non superat.

VII.

TITVLI ELEI.

109 Lamina aenea, 0.003 m. crass., ad dextram fracta, ad sinistram et supra desecta; infra videtur integra esse. Reperta est Olympiae a templo Iovis ad meridiem versus. Litterae scalpro acuto profunde incisae sunt. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII p. 160, unde repetimus.

Nota. Quum rogatu meo aes Olympiae denuo accuratissime examinaretur, in angulo dextro superiore haec inventa sunt litterarum vestigia ϘΛ i. e. ϘΑ.

Vs. 2 [τοῖ ἰ]αρομάοι; cf. Hesych. ἱερόμας· τῶν ἱερῶν ἐπιμελούμενος; deinde αἰ μά. Vs. 3 αἴ τιρ μά——. Vs. 4 Ὀλυνπίοι, αἰ. Vs. 5 αἴ τιρ ταῦτα πα[ρβαίνοι]. Vss. 6. 7 [ὁ Θεοκόλο]ρ, ὅρτιρ τόκα Θεοκολ[έοι, ἀποτίνοι κα——] Ζὶ Ὀλυνπίοι λατρ[ηϊώμενον—], cf. Dittenberger, arch. Zeit. XXXVIII p. 69; duplex ρ vs. 7 fin. errori scribae videtur deberi; cf. n. 110 λατρηϊώμενον. Vs. 8 Ζὶ Ὀλυνπ[ί]οι τοὶ ζ[αλήμενοι]?, cf. n. 110 κα(δ)δαλήμενοι.

110 Lamina aenea, modulo formaque qua infra; Olympiae effossam reportavit a. 1813 Gell; tum possedit Payne-Knight; nunc est in museo Britannico. Litterae optime sunt servatae, lineae rectae scalpro sive cuneo incisae sunt, rotundae formae typo incusae eoque duplici, altero forma O, altero puncta. Litterae versus secundi et tertii pendent ex lineis tenuissime incisis. Payne-Knight singulari charta edidit; I. M., classical journal XI p. 348 sqq.; Payne-Knight, ibid. XIII p. 113 sqq.; Walpole, mus. crit. I p. 536 sq.; Boissonade, class. journal XX p. 285 sqq.; G. Burges, ibid. XXII p. 352 sq.; Gell, ibid. XXIV p. 401 sq.; Boeckh, Staatshaushalt II p. 390 sqq.; Rose, inscrr. gr. vet. 29 tab. V, cf. append. p. 354 sqq.; C. I. G. 11 et Add.; G. Hermann, über Boeckhs Behandlung etc. p. 40 sqq., Meier p. 122 sqq.; K. F. Hermann, Heidelb. Jahrb. 1827 p. 1001 sqq.; Ahrens, dial. Aeol. p. 225 sqq., p. 280 sqq., dial. Dor. p. 548 sqq. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 153 sq. Aes examinavi; utor ectypo.

Not. Vs. 1 fin. In hoc angulo, ubi laminae superficies est asperior, nihil perspexi nisi Ⱶ, non Ͱ, quod vulgo legitur.

Ἀ ϝράτρα τοῖρ ϝαλείοις καὶ τοῖς Εὐϝαοίοις. συνμαχία κ' ἔα ἑκατὸν ϝέτεα, ἄρχοι δέ κα τοΐ· αἰ δέ τι δέοι αἴτε ϝέπος αἴτε ϝάργον, συνέαν κ' ἀλ(λ)άλοις τά τ' ἄλ(λ)α καὶ πὰρ πολέμω· αἰ δὲ μὰ συνέαν, τάλαντόν κ' ἀργύρω ἀποτίνοιαν τοῖ Δὶ Ὀλυνπίοι τοὶ κα(δ)δαλημένοι λατρηϊώμενον· αἰ δὲ

τιρ τὰ γράφεα ταῖ κα(δ)δαλέοιτο αἴτε ϝέτας αἴτε τελεστὰ αἴτε δᾶμος, ἐν τἠπιάρῳ κ' ἐνέχοιτο τοῖ 'νταῦτ' ἐγρα(μ)μένοι.

Foedus Eleis et Evaeensibus. Societas esto in centum annos, initium autem esto hic ipse annus; si quid opus erit, sive verbum sive factum, adiuvanto inter se quum alias tum in bello. Ni adiuverint, ii qui foedus violaverint talentum argenti penduuto, quod Iovi Olympio peculiare fiat. Si quis has litteras laeserit sive civis privatus sive magistratus sive pagus, imprecatione teneator quae hic scripta est.

Vss. 1. 2 Evaeenses ubi habitaverint, ignoratur. Boeckh: 'Ηρϝαοίοις, Ahrens: 'Ηρϝαώεις ab 'Ηραια, ut Γελῷος a Γέλα. Vs. 2 ἄρχοι δέ κα τοῖ, desiderantur nomina magistratuum eponymorum quibus annus notetur; sed Boeckh contulit Thuc. V 79. Ahrens olim de τοῖ ταῖ dubitavit, quia nullum exemplum vocalis ι demonstrativis additae in Aeolicis dialectis tum reperiebatur; iam cf. τοιί et τυί in tit. Boeot., Keil Syll. p. 562. 569. 579. 580, Athen. I p. 490 sqq., τωνί et ταννί in tit. Arcad., Le Bas 340e. Vss. 4. 5 πάρ pro περί, cf. n. 119. 121. Vs. 7. A λάτρεια descendit λατρεῖος, λατρηΐασι. Vs. 9 τἠπιάρῳ i. q. τοῖ ἐπιάρῳ, de qua articuli apud Eleos sorte iam satis constat; τὸ ἐπίαρον idem valet atque Att. ἡ ἱερά.

111 Fragmenta duo aenea, 0.0015 m. crass., effossa Olympiae. Haec eiusdem esse laminae, ita tamen, ut inter se ipsa non continuentur, confirmatur ornamentis, quibus utriusque latus posticum tectum est. Fragmentum maius 0.24 m. lat., 0.09 m. alt., repertum a templo Iovis ad orientem et meridiem versus, superne et inferne integrum, nisi quod superne frustum fractura periit, ad dextram et ad sinistram diligenter desectum, infra perforatum, edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII p. 47 sq. Fragmentum minus, 0.068 m. alt., 0.013 m. lat., repertum a Poecile ad orientem versus, edidit Purgold, arch. Zeit. XXXVIII p. 63. Imagines ad paulo minorem modum reduxi.

ΤΟΝ:ΙΙΟ ΙΟΝ:ΑΠΟΤΙΝΟΙ
ΕΟΝ:ΤΟΝ ΝΟΛΥΝΠΙΑΙΟΝ
ΟΙΑΜΙΟΡ ΟΣ ΕΤΙΑΡΟ:ΠΑΡΑΤΑΣΠΟ
ΝΑΙΣΚΑΠΟΤΙΝΟ ΥΤΑΙΣ:ΤΟΙΙΙΤΟΛΥΝΠΙΟ
ΑΙΙΚΑΙΑ:ΚΑΤΟΓΡΑΦΟΣ:ΤΑΡΨΑΙΟΝ:ΕΙΕΚΑ
ΕΣ:ΤΟΝΓΡΑΦΕΟΝ:ΤΑΥΤΟΝ:ΒΟΛΑΙΕΚΕΑ
ΝΙΕΠΡΟΣΤΙΙΙΟΝ:ΟΥΙΕΚΑΜΙΕΙΕΑΠΟ
ΑΣ:ΑΝΕΥΣ:ΒΟΛΑΝ:ΚΑΙΙΑΜΟΝΠΛΑΘΥΟΝΤΑ

Nota. Vss. 1. 2. 7. Ter scalptor, quum litteram Ν oporteret inscribere, coepit litteram ϟ exarare.

— ιτεν ζίφ[υιον τῶν ζικ]αίων ἀποτίνοι —
— ίων τὸν (τῶν) — — 'Ολυνπιαῖζον —
— τ]ῶ ζαμιοργ[ῶ —]ος ὁ τίαρῶ παρὰ τᾶς πό[λιος? —
— μ]ναῖς κ' ἀποτίνο[ι κα(τ)]θυταῖς τοῖ Ζὶ τὠλυνπίο[ι —
— καὶ τ]ὰ ζίκαια κά(τ) τὸ γράφος τἀρχαῖον εἴη κα.
— τῶν γραφέων ταὐτόν. Βωλὰ ζί κ' ἰα- —
— ζὶ πρόστ' ἰζίων ούζί κα μ᾿ (?)εἴη ἀπὸ —
— ἄνευς Βωλὰν καὶ ζᾶμον πλαθύοντα.

Littera ζ ubique litterae δ vicaria est, cf. n. 109 et 112. Vs. 3 τίαρῶ = τῶ ἱαρῶ. Vs. 5 de crasi cf. n. 21. Vss. 5. 7 εἴη, sed n. 110 et n. 119 (?) εἴα. Vs. 7 πρόστι = πρόσθεν? Kirchhoff dubitanter proponit προστιζίων = προσθιδίων. Vs. 8 ἄνευς c. acc. = ἄνευ?

112 Lamina aenea, 0.44 m. long., 0.09 m. alt., fere 0.001 m. crass., supra margine eminenti 0.007 m. lato ornata, effossa Olympiae a Philippeo ad meridiem versus. Quum tria fragmenta pusilla infra laminae aptari potuerint, apparet paucissimas litteras intercidisse; vs. 5 ad dextram foramen incisum est affigendae laminae causa; simile foramen vs. 5 ad sinistram laesura interceptum est. Litterae accurate profundeque incisae et ad unam omnes certae sunt; littera O pistillo videtur impressa esse. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVIII p. 66 sqq.; cf. G. Curtius, ibid. p. 69 sq.; Ahrens, mus. Rhen. XXXV p. 578 sqq., qui de hoc titulo optime meruit; Buecheler ibid. p. 632.

ΑϜΡΑΤΡΑΤΟΙΣϜΑΛΕΙΟΙΣΠΑΤΡΙΑΝΘΑΡΡΕΝΚΑΙΓΕΝΕΑΝΚΑΙΤΑΥΤΟ
ΑΙΙΕΤΙΣΚΑΤΙΑΡΑΥΣΕΙΕϜΑΡΡΕΝΟΡϜΑΛΕΙΟΑΙΙΕΜΕΠΙΘΕΙΑΝΤΑΙΙ
ΚΑΙΑΟΡΜΕΓΙΣΤΟΝΤΕΛΟΣΕΧΟΙΚΑΙΤΟΙΒΑΣΙΛΑΕΣΙΕΚΑΜΝΑΙΣΚΑ
ΑΠΟΤΙΝΟΙϜΕΚΑΣΤΟΣΤΟΝΜΕΠΙΠΟΕΟΝΤΟΝΚΑΘΥΤΑΙΣΤΟΙΙΙΟΛΥΝ
ΠΙΟΙΕΠΕΝΠΟΙΙΕΚΕΛΛΑΝΟΙΙΚΑΣΚΑΙΤΑΛΛΑΙΙΚΑΙΑΕΠΕΝΠ
ΕΙΟΑΙΑΜΙΟΡΓΙΑΑΙΙΕΜΕΝΠΟΙΙΙΦΥΙΟΝΑΠΟΤΙΝΕΤΟΕΝΜΑΣΤΡΑ
ΑΙΑΙΙ ΤΙΣΤΟΝΑΙΤΙΑΘΕΝΤΑΙΙΚΑΙΟΝΙΜΑΣΚΟΙΕΝΤΑΙΙΕΚΑΜΝΑΙΑΙΚΕ
ΝΕΟ ΘΑΙϜΕΙΙΟΣΙΜΑΣΚΟΙΚΑΙΠΑΤΡΙΑΣΟΓΡΟΦΕΥΣΤΑΥ ΑΚΑΠΑΣΚΟΙ
ΙΝ ΚΕ ΑΑΤΙΑΡΟΣΟΛΥΝΠΙΑΙ

'Α ϝράτρα τοῖς Ϝαλείοις. πατριὰν θαρρῆν καὶ γενεὰν καὶ ταὐτῶ, αἰ ζή τις κατιαραύσειε ϝάρρενορ Ϝαλείω. αἰ ζὲ μὴπιθεῖαν τὰ ζίκαια ὄρ μέγιστον τέλος ἔχοι καὶ τοὶ βασιλᾶες, ζέκα μναῖς κα ἀποτίνοι ϝέκαστος τῶν μὴπιποεόντων κα(τ)θυταῖς τοῖ Ζὶ 'Ολυνπίοι. ἐπένποι ζέ κ' Ἑλλανοζίκας, καὶ τἄλλα ζίκαια ἐπενπέτω ἀ ζαμιοργία. αἰ ζὲ μὴνποι, ζίφυιον ἀποτινέτω ἐν μαστραίαι. αἰ ζ[ὲ] τις τὸν αἰτιαθέντα ζικαίων ἰμάσκοι, ἐν ταῖ ζεκαμναίαι κ' ἐνέχο[ιτ]ο, αἰ ϝειζὼς ἰμάσκοι, καὶ πατριᾶς ὁ γροφεὺς ταὐ[τ]ά κα πάσχοι. [ἀκ]ο[υστί](?) κ' ἔο[ι] ὁ [πίν]αξ ἱαρὸς 'Ολυνπίαι.

Si (αἰ ζή i. q. εἰ δή) quis devoverit (κατιαραύω i. q. καθιερόω, ea vi qua καταρᾶσθαι; Kirchhoff: κατίαρ' αὔσειε) virum Eleum, phratria et gens et propinqui (ταὐτῶ minus commode dictum pro τῶς αὐτῶ) eius qui fascinatus est tranquilli sunto nera ipsi scelus ulciscuntor. Devotorem punire secundum legem iam antea sanctam, cuius supplendae causa haec lex additur, erit collegii magistratuum ni fallor ex phratria eius qui devotus est. Intererunt autem huic collegio is quo nemo contribulium eo tempore superius munus in republica administrat (ὄς μέγιστον τέλος ἔχοι) et reges, qui haud scio an interpretandi sint sacerdotes. Qui si de incantatore

poenam quandam priore lege constitutam (τὰ δίκαια) non ceperint (ἐκπεθῶαν seu ἐκπεσεῖν), unus quisque qui officio defuerit pendito decem minas Iovi Olympio. Ut pendant curato (ἐπίσται = ἐπ-ίσται, quo de verbo vide quae coniecerint Ahrens et Buecheler; ipse olim notionem pignoris capiendi subesse suspicatus eram collata glossa Hesychii εἴμφις· ἐνεχυρασμός) hellanodica, et ut devotor poenam legitimam luat pro magistratibus neglegentibus curato collegium damiurgorum. Ni curaverit (ἴματα), alterum tantum solvito in ratione (ἐν μαστρείαι i. e. ἐν εὐθύναις, cf. Hesych. s. v. μαστρεία· αἱ τῶν ἀρχόντων εὔθυναι). Si quis devotus seu devoti amicus devotorem iam in iudicium poenae legitimae vocatum (αἰτιαθέντα δικαίων, ad verborum compositionem cf. ὑπάγειν θανάτου sim.) flagellis ceciderit (ἰμάσκοι i. q. ἱμάσσοι) sciens eum iam in iudicium vocatum esse, decem minarum multa punitor. Idem patitor (πάσκοι = πάσχοι) scriba phratriae — quem in phratria magna auctoritate fuisse hinc discimus — si hanc vindictam privatam admiserit. Et haec tabula in perpetuum Olympiae in templo pendeto (ἴοι = εἴη; alibi Elei εἴα et εἴη). — Hellanodicae mentio est talis, ut illo tempore unum eius generis magistratum fuisse intellegamus; igitur titulus Olympiade quinquagesima est vetustior, cf. Paus. V 9.

113 Lamina aenea, 0.262 m. lat., 0.104 m. alt., 0.001 m. crass., effossa Olympiae prope templum Iovis; margo primitivus ab omnibus partibus servatus est; ex duobus foraminibus, quae apta erant laminae clavis affigendae, id quod est ad dextrum fractura amplificatum est. Inde a versu tertio sculptor, sive idem sive alter est, acutiore scalpro usus est. Edd. Kirchhoff, arch. Zeit. XXXV p. 196 sqq. tab. 16 ectypo usus; E. Curtius, Ausgrab. zu Olympia III tab. 25; cf. Ahrens, Philol. XXXVIII p. 385 sqq.

Nota. Vs. 2 fin. Sculptor quod falso exaraverat V ipse correxit. Vs. 3. Spatium vacuum olim fibula tectum fuisse, qua lamina muro affigeretur, Kirchhoff coniecit; qua coniectura haud scio an non opus sit, quoniam post versum primum is qui scripsit singulos versus integris vocibus terminavit. Vs. 4 fin. In fractura deprehenduntur vestigia lineolae /.

Ἁ ϝράτρα τοῖρ Χαλαδρίο(ι)ρ καὶ Δευκαλίωνι· Χαλάδριον ἦμεν αὐτὸν καὶ γόνον ϝισοπρόξενον, ϝισοδαμιοργόν· τὰν δὲ γᾶν ἔχην τὰν ἐν Πίσαι· αἰ δέ τις συλᾶ̃, ἐϝέρην αὐτὸν πο(τ) τὸν Δία, αἰ μὶ(δ) δάμοι δοκέοι.

Hanc Chaladriorum urbem, a χαλάδρα i. e. χαράδρα torrente dictam, in Elide sitam fuisse perspicuum est. Chaladrii quum urbi Pisae diruendae Ol. 52 interfuissent, eam agri partem, quae ipsis obvenerat, Deucalioni videntur donasse. Eundem faciunt civem suum ϝισοπρόξενον, ϝισοδαμιοργόν; receptus igitur est in numerum optimatium, quibus liceret proxenorum et damiurgorum muneribus fungi. Vs. 6 συλᾶ̃ pro συλάοι. ἐϝέρην videtur i. q. μηνύειν, cf. Hesych. εὐείρω· εἴπω. Ahrens ϝέρην interpretatur ἔρρειν. Vs. 7 ΜΕΔΑΜΟΙ cum Kirchhoffio accipimus μὶ(δ) δάμοι, i. e. μετὰ δάμῳ, ἐν ἐκκλησίᾳ. Ahrens: μὴ δάμοι.

114 Lamina aenea, fere 0.002 m. crass., reperta Olympiae a porticu Echus ad occidentem versus; servatus est margo superior et inferior et pars sinistri, ad dextram lamina est fracta; superne ad sinistram dubitant an exstent vestigia foraminis terebrati. Edidit Kirchhoff arch. Zeit. XXXVII p. 159, unde repetimus.

[Ζε]υξίαι κα(τ) τὸν [— — τεσσα]ρ[ά]κ[ο]ντα πένταταν [— —]. Ζευξία[ι] κα(τ) τὸν [— — τ]ρῖς μνᾶς καὶ ϝ[ίκατι s. ϝιξήκοντα δαρχμάς? — —]. Bis igitur Zeuxias in templo pecuniam deposuit.

115 Lamina aenea, 0.177 m. in longitudinem, 0.074 m. in altitudinem, 0.001 m. in crassitudinem, eruta Olympiae a templo Iovis ad septentrionem versus. Ex maiore tabula barbaro aevo dissecta hoc segmentum superest, a dextra atque a sinistra mutilum, sed supra atque infra inviolatum, quod ut ad usum nescio quem accommodaretur perforatum est. Edidit Fraenkel, arch. Zeit. XXXV p. 48 sq. tab. 4, cf. XXXVII p. 165. Inde repetimus, ectypo in auxilium vocato.

Not. Vs. 1 littera sexta decima neque Ϝ neque Ͱ fuit, sed aut Γ aut Ϲ. Vs. 2 in extremo dextro margine Weil agnovit Γ, i. e. Π; idem testatur vs. 3 hastam. Vs. 3 infra foramen vestigia circuli sunt certa. Vs. 4 ultima littera certe fuit N.

Tenor tituli hic fere potest fuisse:


[Θύοι κα(τ) τ]ᾶδε κα ξένος ἐπ' — — ἐν τιά[ροῖ — — —
— ϝαρ]ίχως(?), κα(τ)θύσας ἐπὶ τοῖ βωμοῖ τὰ π[άτρια καὶ τὰ δίκαι-
α τοῖ θεο]ῖ ἀποδοὺς . . . . . . ὁ ξένος. αἰ δ[ὲ μὰ ἀποδοία, τριάκο-
ντά κα δα]ρχμὰς ἀποτίνοι τοῖ Δὶ Ὀλυ[μπίοι κα(τ)θυτάς —
— — — — — — — — — —
καὶ(τ) τὰ πάτρια.

Vs. 1 τιαροῖ = τοῖ ἱαροῖ. Vs. 2 ϝαρίχως, cf. Hesych. βάριχοι· ἄρνες et ἄριχα· ἄρρεν πρόβατον. Vs. 6. Unam litteram supervacaneam intermiscuit scriba.

116 Lamina aenea in tres partes fracta, 0.144 m. long., 0.065 m. alt., 0.001 m. crass., reperta Olympiae ad eum muri Byzantini orientalis angulum, qui aquiloni adversus est. Titulus dextra laeva infra saucius est; idem ne supra quidem integer videtur, maior enim lamina recentiore aetate in partes dissecta est, ut aes alicui supellectili aptaretur; eodem tempore foramen (vs. 4), quo aes affigeretur, incisum esse puta. Edd. Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI p. 141 tab. XVIII 8; E. Curtius, Ausgrab. zu Olympia III tab. 25. Utor ectypo.


Vs. 1 καὶ καταπαμ[π —?]. Vs. 2 [Ὀ]λυνπικῶ μηνός. Vs. 3 -ερ λίποι ? — ὁμο[σ-]. Vs. 4 [ἰ]φθάσι 'ξ ἄλ(λ)ω?, τὸν δ' ἀπορ-. Vs. 5 δαρχμάν. Vs. 6 δαρ[χμάν].

117 Lamina aenea tenuis mutilata, 0.23 m. lat., 0.22 m. alt., reperta Olympiae, a templo Iovis ad meridiem et orientem versus. Foramina parva, quorum quinque sunt servata, olim recipiebant clavos, quibus lamina ad murum affixa erat. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII p. 154 sqq., unde repetimus. Imago tertia parte minor est quam archetypum.



Vs. 1 Τιμοκράτει Μάλκηκος Θεαρόν vel -ῶν. Vs. 2 [ἱ]αρὸν δ' ἐς ἄλ(λ)ο τὸ δάμιον. Vs. 3 τὰ δάμια; deinde, si licet litteram I errori scribae tribuere, κὐπαδυκίοι, i. e. καὶ ὑποδοχίῳ. Vs. 4 -νοίοις καὶ τῶν (pro τάων seu τῶν?) vel τὸν παταίο[ν] ὑπαδυ[κι-]. Vs. 5 τριάκοντα μνᾶν. Vs. 6 κὰτ τῶ βωμῶ ἀποϝη[λε-] cf. n. 118. Vs. 7 [τὸ]ν πρόξενον vel [τὼ]ν προξένων καὶ τοῖς? ϝάδ[ετι?]. Vs. 8 [ἔ]δοξε καὶ τοῖ δάμοι. Vs. 9 Τιμοκράτει πωλεῖτ[θαι] vel πωλητ-. Vs. 10 Θεαρὼ ἄνδρε vel ἀνάρε (n. 119 ἀνέρας?) δύο. Vs. 11 -κοντα [θ]ετυιῶ τὰ δίκα[ια]. Vs. 12 [τ]ὰ σκευά τε τιμάττων, i. e. τιμάσθων. Vs. 13 τάρεται? (vel ἄρηται) καὐτοὶ οἱρ καί. — Littera canina, quae sigmatis vices obit, nec non vocabula quaedam, quae in titulis originis Eleae haud ambiguae (cf. etiam Add.) recurrunt, hunc titulum Elidi adiudicant.

118 Lamina aenea, 0.19 m. longa, 0.065 m. alta, quatuor foraminibus instructa, in complures partes fracta. Effossa est Olympiae intra prytaneum. Ectypis atque apographis Purgoldianis usus edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVIII p. 117 sqq., unde imaginem mutuor. Praeterea utor ectypo gypseo optimo.



Notae Purgoldii. Vs. 1 init. nihil deest. Vs. 2 init. una aut duae litterae possunt intercidisse. Vs. 5 littera a fine tertia potest fuisse K, quamquam nunc nihil certum est nisi hasta. Vs. 6 tertia littera videtur illa quidem esse T; sed verendum est ne lineae transversae specie oculos fallat fissura quam accepit lamina hoc loco violenter incurvata. Quae res si ita se habet, licet putare hanc litteram K aut Ϙ fuisse. Vs. 6 litterae ‹ Ν et reliquae litterae in imagine umbra inductae fere evanidae sunt.

Varia lectio ex ectypo gypseo petita: vs. 5 litt. 4 a fine Ρ; vs. 6 litt. 3 Ⱶ; reliqua omnia sunt certa praeter duas litteras vs. 6 interceptas. Vs. 6 fin. post O nihil video.

'Α ϝράτρα· τοῖς 'Αναίτο[ις] καὶ τοῖ[ς] Μεταπίοις φιλίαν (ἔχην) πεντάκοντα

ϝέτεα. κώκέταροι κήνπεδίοιαν, ἀπὸ τῶ βωμῶ ἀποϝηλέοιάν κα τοὶ πρόξενοι καὶ τοὶ μάντιερ. αἰ τὸ[ν] ὅ[ρ]κον πα[ρ]βαίνοιαν, γνόμαν τὼρ [ἀπ]ὸ ναῶ τὠλυνπίαι.

Vss. 1. 2. Anaeti atque Metapii videntur fuisse civitatulae Elidis; nimis longe absunt Messapii Locrenses, quorum mentio est apud Thucydidem III 101. Kirchhoff ex similitudine reliquarum rhetrarum proponit: *ἁ ϝράτρα το(ῖ)ς Ἀναίτο[ις] καὶ το[ῖς] Μεταπίο(ι)ς*; deinde *φιλίαν (ἦμεν) κτλ.* Vs. 3 *ἐνπεδίω* ea vi qua Atticum *ἐμπεδόω*. Vs. 4 *ἀποϝηλέω* i. q. *ἀπειλέω ἀπειλω*. Vs. 5 sqq. Si quis (ni fallor proxenorum aut haruspicum) laeserit iusiurandum (quo cogebantur eos qui pacem turbassent a sacris excludere), indicanto (*γνόμαν* i. e. *γνῶναι*; sed in titulo Damocratis *δόμεν* et similia) magistratus et sacerdotes templi Olympiaci (*οἱ ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ*).

119 Lamina aenea Olympiae reperta; margo superior servatus est; versus priores lineis distinguuntur; litterae ductu diligenti et ubique fere aequo lato incisae sunt. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII p. 48 sq., usus ectypo et Furtwaengleri apographo. Imago tertia parte minor est quam aes.

ΑΡΤΑΣΚΑΤΑΣΤΑΣΙΟΣΝΙΚΑΡΨΙΔΑΙΚΑ
ΕΙΘΕΟΙΚΑΤΙΣΤΑΤΕΤΑΔΑΜΙΟ
ΟΤΑΣΑΝΕΡΑΣΑΙΜΑΝΛΕΟΙΤΑ
ΕΜΕΤΑΥΤΑΣΠΟΤΑΡΜΟΞΑΙΤΟ
ΟΛΥΝΠΙΟΙΑΙΔΕΜΕΤΑΥΤΑΝΠ
ΥΕΤΟΚΑΘΥΤΑΣ:ΤΟΙΔΙ:ΑΙΔΑ
ΣΥΝΑΛΛΥΟΙΤΟΔΕΚΑΠΟΛΙΣΑΙ
ΙΟΛΙΖΟΙΑΠΟΛΙΣ:ΤΟΙΔΙΟΛΥΝ
ΕΑ:ΑΙΔΕΤΙΣΣΤΑΣΙΝΠΟΙΕΟ
ΑΝΝΙΚΑΡΨΙΔΑΣΚΑΙΠΛΕΙΟ
ΝΤΙΟΝ:ΟΜΟΣΑΝΤΕΣΠΟΤ
ΣΚΑΠΟΤΙΝΟΙΤΑΣΑΜΕΡ
Ο:ΕΠΕΚΕΛΟΙΣΤΑΝ:ΤΟ
ΟΙΤΑΥΤΕΓΕΓΡΑΜΕΝ
ΜΕΥΣΟΛΥΝΠΙΚΟΣΕ
ΑΙΑΤΑΝΔΕΚΑΦΚΑΙ
ΙΣΤΟΑΕΠΕΕΤΡΑΙ
ϜΕΟΙΑΙΔΕΠ
ΤΟΓΡΑΦΟΣΤΟ
ΕΝΕΧΟΙΤΟΤΟ
ΡΣΟΣΟΙΔΕ
ΛΕΙΣΤΑΙ
Ε

Nota. Vs. 17. Scriba priorem scripturam correxit S pro Λ et Ρ pro Γ incidens atque litteram O inserens.


Vs. 1 [*ἁ ϝράτρα π*]*ὰρ* (cf. n. 110) *τᾶς καταστάσιος Νικαρχίδαι κα[ὶ τοῖς ϝαλείοις*]. Vs. 2 [*ἀπ*]*ειϑέοι* (?) *κατίστατ' ἠ τὰ* seu *ἐ(ν) τὰ* (i. e. *ἐν τᾷ*) seu *κατίστα τε τὰ δαμιο[ργ-*]. Vs. 3 *-ό(ν)τας ἀνέρας* (recentiore aetate Eleis terminatio acc. plur. III decl. erat *ες*), seu *τᾶς ἀ[μ]έρας*, cf. vs. 12, *αἰ μὰν λεῷ*, cf. Hesych. *λέῳμι* (leg. *λεῷμι*)· *ϑέλοιμι ἄν*. Vs. 4 *-ε μετ' αὐτᾶς κοταρμόξαιτο*. Vs. 5 *Ὀλυνπίοι. αἰ δὲ μετ' αὐτὰν* (sive *αὐτᾶν*) *π-*. Vs. 6 [*ἀποτι*]*νέτω κα(τ)ϑυτὰς τοῖ Δί. αἰ δ' ἀ-*. Vs. 7 *συναλλύοιτο δέ κ' ἁ πόλις. αἰ* [*δέ*]. Vs. 8 [*σ*]*ιολίζοι* (?) *ἁ πόλις, τοῖ Δὶ Ὀλυν[πίοι*]. Vs. 9 [*κ'*] *εἴα* seu [*γράφ*]*εα. αἰ δέ τις στάσιν ποιέο[ι*]. Vs. 10 *-αν Νικαρχίδας καὶ πλειο-*. Vs. 11 [*ἐνα*]*ντίον ὀμόσαντες ποτ-*. Vs. 12 *-ς κ' ἀποτίνοι τὰς ἀμαλ[ημάνας*] seu *τὰς ἀμέ[ρας*]. Vs. 13 *ἐπῆκε* (i. e. *ἐφῆκε*) *λωίσταν* vel *ἐπεὶ κελοίσταν* (i. e. *κελοίσϑην*). Vs. 14 *-οι ταύτῃ γεγρα(μ)μέν[οι*]. Vs. 15 *-μεὺς* (*μεὶς*?) *Ὀλυνπικὸς οἰ-*. Vs. 16 *-ασατᾶν δίκα καί*. Vs. 18 *-ϝίοι. αἰ δὲ πο-*. Vs. 19 (cf. n. 110) [*αἰ δέ τις*] *τὸ γράφος το[ῖ καδδαλέοιτο*]. Vs. 20 [*κ'*] *ἐνέχοιτο το[ῖ*]. Vs. 21 *-ος. ὅσοι δέ-*.

120 Fragmentum marginis vasis aenei, 0.20 m. long., 0.02 m. lat., 0.003 m. crass., repertum Olympiae ab ecclesia Byzantina ad septentrionem et occidentem versus. Titulus in vasis parte exteriore inscriptus est ductu non adeo profundo parumque accurato quasi ab homine scribendi insueto. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVIII p. 65 sq.

ΑΛΑΣΥΕΣΚΑΙΑΚΡΟΡΕΙΟΙΑΝΕΘΕΚΑΝ

Ἀλασυῆς καὶ Ἀκρ(ω)ρειοι ἀνέϑηκαν. Utrumque oppidum satis notum; de prioris nomine cf. Strab. VIII 341: *τὸ δ' Ἀλείσιον* (Hom.) *ἐστι τὸ νῦν Ἀλαισυαίων* (sic. lib. A) *χώρα περὶ τὴν Ἀμφιδολίδα, ἐν ᾗ καὶ κατὰ μῆνα ἀγορὰν συνάγουσιν οἱ περίοικοι· κεῖται δὲ ἐπὶ τῆς ὀρεινῆς ὁδοῦ τῆς ἐξ Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν*; Steph. Byz. *Ἀλήσιον, Ἀλησιεύς*.


121 Lamina aenea, 0.001 m. crass., prope integra, reperta Olympiae, ab Alti in orientem; olim clavis parieti affixa erat, cui rei testimonio sunt foramina tria. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII p. 158 sq., cf. Dittenberger, arch. Zeit. XXXVIII p. 69.



Σύνθε(κ)α, seu *συνθε(κ)α*, *Θέρων[ι καὶ] Αἰχμάνορι τὰρ* (cf. n. 110) *τὰρ γᾶρ τὰρ ἐν Σαλαμώναι, πλέθρων ὀπτὼ καὶ δέκα. φάρην κριθᾶν μανασίως δύο καὶ ϝίκατι Ἀλφιοίω μηνός· αἰ δὲ λίποι, λυσάττω τῶ διφυίω· πεπάττω τὸν πάντα χρόνον.* Si Theronem Aechmanori agrum locasse existimes, illud *αἰ λίποι* sit i. q. „si reliquetur," at homo privatus agrum vix elocaverit in perpetuum; quodsi malis putare agrum a republica Eleorum locatum esse Theroni et Aechmanori, *αἰ λίποι* intellegere possis i. q. „si quid residuum sit" atque *λυσάττω* et *πεπάττω* de duobus hominibus dicta sint (Att. *-σθων*). Vs. 3 *Σαλαμώνα* i. e. *Σαλμώνη* Strab. VIII 356, *Σαλμωνία* Diod. IV 68, in agro Pisaeo. Vss. 5. 6 *μανάσιος* mensura frumenti; Hesych. *μνασίον· μέτρον τι διμέδιμνον*, Epiphan. de mens. et pond. II p. 178 *B*: *μνάσις τοίνυν παρὰ Κυπρίοις μετρεῖται καὶ παρ' ἄλλοις ἔθνεσιν· εἰσὶ δὲ [καὶ] μόδιοι σίτου ι' ἢ κριθῆς.* Vss. 7. 8 *λυσάττω τῶ διφυίω* redimunto se duplici pretio.

---

122 Lamina aenea reperta Olympiae haud procul a Philippeo ad occidentem versus, supra et ad sinistram integra, a reliquis partibus mutila, fissuris iacsa, 0.132 m. lat. et 0.074 m. alt. qua nunc est maxima, 0.001 m. crass. Ad sinistram foramen incisum est, quod clavum reciperet. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI p. 139 tab. XVII 2.



Not. Punctis notatae sunt lineae quae in marginem laminae incidunt. Omnes litterae bene perspicuae sunt praeter ultimam versus quinti.

Ἐνίκασαν ἐπὶ — —
να δαμιοργῶν [τοὶ ὀμόσαντες τὸν Δία]
μηδὲν ποτέχι[σθαι τοῖς πρὶν συσυλα-]
κόσι Ὀλυμπία[ν —
Λαμπυρίων ΑΣ — —
— — ης Α — — —

Supplementis vss. 2. 3 non multum confido.

VIII.

TITVLVS ACHAICVS.

123 In cassidis in Alpheo repertae dextra parte; in Britanniam delatam possidebat B. Frere Londinensis. Ediderunt Rose, inscr. Gr. vet. tab. VI 2 p. 58, et Boeckh, C. I. G. 30.

Ζηνὸς Ὀλυμπίου. Scriptura tituli cum nulla congruit nisi cum Achaica ex titulis coloniarum nota. Itaque non visum est temerarium eum hic collocare.

IX.

TITVLI BOEOTII.

124 *Tanagrae* in museo, lapis calcarius. Edidit Haussoullier, bull. de corr. hell. II 1878 p. 589 tab. XXVI 9.

[Σ]άνθιχος.

125 *Tanagrae* in museo, lapis calcarius. Edidit Haussoullier, bull. de corr. hell. II 1878 p. 589 tab. XXVI 13.

Ἐπὶ Σ[θεν — —].

126 Cantharus niger 0.145 m. altus, *Tanagrae* effossus et Athenas in museum societatis archaeologicae deportatus. Titulus legitur in taenia gilva, quae circa medium vas currit. Edidit Mylonas, bull. de corr. hell. II 1878 p. 539.

Δαλιόδωρος.

126a Titulus incisus in ventre canthari parvi *Tanagrae* reperti, qui servatur in museo Berolinensi. Exscripsi.

Πρίσων. Idem nomen occurrit in cippo Carystio musei Atheniensis (cf. e. g. Pervanoglu, die Grabsteine der alten Griechen p. 36) et in nota laterculi Aeginae reperti n. 555 *a*.

127 In lapide quadrato ante ecclesiam B. Virginis in vico Vlokho, haud procul a *Tanagra*; litterae magnae rudem in modum sed profunde incisae sunt; exscripsit Leake. Leake, mus. crit. II p. 576 n. 6; Rose, inscr. Gr. vet. p. 101 tab. XIII 2 n. 1; C. I. G. 1647; Leake, travels in northern Greece II p. 471 tab. XV 72; Le Bas, voy. arch. n. 575; cf. praeterea Keil, syll. p. 178. Sequimur Leakii itinerarium.

Ἐπὶ Π[ρ]αΰχας. A nomine Πράοχος saepius obvio descendit femininum Πραόχη, Boeot. Πραΰχα.

128 „Χλιμβεττάρι" vocatur vicus quidam Albanensis medius fere inter *Thebas* et *Tanagram* positus sub colle, ubi arcis antiquae saxis quadratis exstructae haud exigua vestigia cernuntur. Aut hic aut apud vicum Bratzi, qui unius horae spatio abest ad orientem versus, antiquam urbem Εἰρέσιον vel Εἰλέσιον sitam fuisse putat Bursian Geogr. I 224* (Kaibel). In hoc vico lapidem in parte superiore (*a*) et in parte antica (*b*) perscriptum primus repperit Kaibel, Herm. VIII p. 425; in museum quod est in vico Scimatario transportatum iterum exscripsit Robert, arch. Zeit. XXXIII p. 159; inde repetimus. Atque antici quidem lateris imago (*b*) cum ectypo a me collato optime congruit; superiore in latere (*a*) ectypum bene expressum lapidem docet esse magis corrosum, quam ut lineae et vulnera fideliter possint delineari.

a

ϯRRϯTIΓ R
ΣΓϯ ΙΕ ΤΑΓ

b

,ƎΘƎ Ш
ΠΟΣΑΝ

Var. lect. *b* Kaibel supra ΘƎ praebet VC, quas litteras charta ectypi non cepit. Idem omisit litteram Ш in ectypo claram.

a Lectio nimis ambigua. *b* -νος ἀνέθη[κε]. Litteram E lapicida neglegenter repetiit.

129 Tit. *a* in dextro, *b* in sinistro femore statuae parvae aeneae repraesentantis virum nudum barbatum, qui sublata dextra hastam vel similem rem nunc perditam vibrabat. Repertum est hoc monumentum Chalcide in fundamentis castelli; nunc exstat in museo Berolinensi. Koehler, Mittheilungen des deutsch. arch. Inst. in Athen I p. 97 sqq. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 104 sq. Foucart, bull. de corr. hell. III 1879 p. 139 sq. Ex aere delineavi.

a

ΠΤΡΙΟΝΜΑΣΤΟΣ

ΤΟΙΙΣΜΕΝΙΟΙ

b

ΑΝΕΘΕΑΝ

Var. lect. *a* Kirchh.: Ν////Μ; equidem, quin inter N et M nihil intercciderit, aere quam potui accuratissime examinato non dubito.

Πτωΐων Μάστος ἀνέθεαν τοῖ Ἱσμηνίοι. Apollini Ismenio Ptoion et Mastus dedicaverunt statuam viri pugnantis, ut significarent se ex pugna incolumes rediisse. Quum Thebis celeberrimum fuerit templum Apollinis Ismenii, quum Boeotica forma sit ἀνέθεαν (cf. bull. de corr. hell. II 1878 p. 589 et Archaeol. Mittheil. III p. 86; ἀνέθιαν n. 144; recentiores tituli praebent ἀνέθιαν, C. I. G. 1588, Keil syll. p. 69 X 1), quum Ptoionis nomen optime conveniat Boeotio: statua Thebis nescio quo casu Chalcidem videtur ablata esse. De spiritu aspero qui est in Ἱσμηνίοι cf. n. 286.

130 In vase fictili mutilo, quod *Tanagrae* repertum est. Cumanudes, Athen. III p. 169; Robert, arch. Zeit. XXXIII p. 160. Exscripsit Lolling. Ectypum contuli.

ΘΕRΙΓΙΟΝ

Θηρίπ(π)ιον, mulier.

131 In cippo *Tanagrae* eruto, 0.77 m. alt., 0.40 m. lat., 0.45 m. crass. Kaibel, Herm. VIII p. 427; Cumanudes, Athen. III p. 168; Robert, arch. Zeit. XXXIII p. 158, unde repetimus, collato ectypo. Exscripsit Lolling.

ΕΓΙϜΕΚΑDΑΜΟΕΕΜΙ Ἐπὶ Ϝεκαδάμοε ἠμί.

132 *Tanagrae* in museo, lapis calcarius. Edidit Haussoullier, bull. de corr. hell. II 1878 p. 589 tab. XXVI 6.

ΕΓΙΚΑLΙΘΕΣΙDΙΕΜΙ

Ἐπὶ Καλ(λ)ιθε[ρ]ίδι ἠμί.

133 Cippus *Tanagraeus* tofinus aëtomate ornatus, infra et ad dextram mutilus, 0.30 m. alt., 0.36 m. lat., 0.48 m. crass. Ediderunt Cumanudes, Athen. IV p. 297, et Robert, arch. Zeit. XXXIII p. 159, unde utuor. Exscripsit Lolling; ectypum contuli.

ΕΓΙΦRΕΓΟ

Var. lect. Cum. ἐπὶ Φετγο . . .; Lolling |ΕΓΙΘ//ΕΓΟ///|. Litteras ΘΡ quum in ectypo tum teste Roberto in lapide incertae sunt.
Ἐπὶ Ϝέγω[νι]?

134 Lapis *Tanagraeus* 0.35 m. alt., 1.00 m. lat., 0.24 m. crass.; in summo lapide cavum curvum. Cumanudes, Athen. IV p. 297; Robert, arch. Zeit. XXXIII p. 159. Exscripsit Lolling. Ectypum contuli.

ΒΙΓΑRΨΑ

Ἰπ(π)άρχα.

135 In marmore *Tanagrae* effosso. Kaibel, Herm. VIII p. 427 n. 31; Cumanudes, Athen. III p. 168. Exscripsit Lolling.

ΕΓΙLVΣΑΝΙΑΙΕΙΑΡΙDΑ//////

Not. Signa lacunae addidimus ex Lollingii apographo.
Ἐπὶ Λυσανίαι Ἰαρίδα[ο].

136 Lapis marmoreus caeruleus e regione *Tanagrae* oriundus, nunc in vico Scimatario in aula ecclesiae S. Taxiarchi; edidit Robert, arch. Zeit. XXXIII p. 160. Etiam Lolling exscripsit.

TIMASIΘEOS

Τιμασίθεος.

---

137 Lapis calcarius, forma cistae, *Tanagrae* effossus, 0.50 m. alt., 0.70 m. lat., 0.32 m. crass. Typis minusculis edidit Cumanudes, Athen. IV p. 296; utor apographo Lollingii.

AΘANOΛITIS

Ἀθανόγιτις.

---

138 Lapis calcarius, *Tanagrae* effossus, 0.58 m. alt., 0.35 m. lat., 0.15 m. crass. Typis minusculis edidit Cumanudes, Athen. IV p. 297. Exscripsit Lolling.

ΘRAIKIA

Θραικία.

---

139 *Tanagrae* in museo, lapis calcarius. Edidit Haussoullier, bull. de corr. hell. II 1878 p. 589 tab. XXVI 10.

ΘIOMNASTA

Θιομνάστα.

---

140 Lapis *Tanagraeus*; exscripsit Lolling.

|BE..IAS|

Ἑ[ρμ]ίας.

---

141 Lapis *Tanagraeus*, qui in museo servatur, 0.15 m. alt., 0.24 m. lat., 0.24 m. crass.; in summo lapide incisum est cavum quadrangulum. Typis minusculis edidit Cumanudes, Athen. IV p. 297. Exscripsit Loeschcke.

EΠIAΘANODORA

Ἐπὶ Ἀθανοδώρα[ι].

---

142 In vico Chlembotsario (cf. n. 128) inter *Thebas* et *Tanagram*; lapis rudis in domo privata. Kaibel, Herm. VIII p. 425 n. 26.

ΘIOTEDIA

Θιοτί[λ]ια, pro Θιοτίλεια.

---

143 Lapis calcarius oblongus, repertus in radicibus Cithaeronis montis prope vicum *Creucium*, ad occidentem viae quae Athenis fert Thebas; nunc servatur Thebis in museo. Versus inter se plus 0.06 m. distant. Ed. Haussoullier, bull. de corr. hell. II 1878 p. 589 tab. XXVI 1. Cf. Kaibel, mus. Rhen. XXXIV p. 197 n. 756a; Foucart, bull. de corr. hell. III 1879 p. 134 sqq.

AMATRO TODAΓAΛMA
NΘADEΓ SORAONTISE
EISAMENOSϘVDADASKAI

[Δ]άματρο[ς] τόδ' ἄγαλμα [ὁ δεῖνα ἔστασεν ἀπαρχάν]
[ἐ]νθάδε γ[ᾶ]ς, ὁράοντι σι[βάσμιον — ◡◡ — ◡̄].
[Τ]εισαμενὸς Κυδάδας καὶ [— — ἐποιησάταν].

Artificum titulus haud scio an fuerit soluta oratione conceptus. Nomen Κυδάδας Tisameno adiectum potest esse gentilicium. Kaibel sic versus refinxit: [Δ]άματρο[ς] τόδ' ἄγαλμα — [ἐ]νθάδε γ' [εἰ]σοράοντι σί-[βας θῆσαν ἀνέρες οἵδε·]

---

144 Lapis *ibidem* repertus, nunc servatur Thebis in museo; titulus ad dextram est integer. Edidit Foucart, bull. de corr. hell. III 1879 p. 134 sqq.

ANEΘEIANTAE DAMATRI

— — ἀνέθειαν ταῖ Δάματρι.

---

145 Anaglyphum eximiae artis vetustioris, cuius superior pars fracta periit, *Thespiis* (Eremocastri) repertum, mox Athenas in museum publicum delatum. Incedunt duo viri nudi ad dextram versi quorum de humeris vestis suspensa est. Infra legitur titulus tam bene conservatus, ut de nulla littera dubitari possit. Edidit Kaibel, Herm. VIII p. 417 sq. Cf. Cumanudes, Athen. IV p. 110; Robert, arch. Zeit. XXXIII p. 151 sq., Kirchhoff, Stud.[3] p. 134 not., Koerte, Mittheil. des deutsch. Inst. zu Athen III p. 311 tab. XV. Utimur ectypo gypseo musei Berolinensis.

INAMEΠIΓAΘONI
KARISTOKRATEI

Μνᾶμ' ἐπὶ Γάθωνι κἀριστοκράτει. Nomen antea incognitum Gathonis a verbo γήθω videtur originem ducere. In epigrammatis posuit Kaibel, n. 485; atque sermo est poëticus, metrum nullum.

146 Inter vicum Palaeopanagiam et vallem Musarum, ex *Thespiarum* parietinis horae itinere ad occidentem versus, lapidem quadratum mediocris magnitudinis muro posteriori ecclesiae semirutae S. Blasii (vel teste Rossio B. Virginis) insertum repperit Ross a. 1833 et exscripsit. Idem a. 1845 iterum eo devertens vidit lapidem, quum aedificium refectum esset, adeo calce illitum, ut litterae iam non possent dignosci. Ross, epist. epigr. ad Boeckhium p. 11; Keil, arch. Anz. 1850 n. 21. 22 p. 208; Meineke, arch. Zeit. 1851 n. 25 p. 285. Postea tectorium magnam partem a lapide videtur discessisse; nam Schillbach, qui a. 1857—1859 in Graecia versabatur, titulum denuo exscripsit. Ex eius apographo edidit Keil, Jahrb. für Phil. Suppl. IV p. 533 sqq.; cf. praeterea Cauer, del. inscrr. Gr. n. 112, Kaibel, epigrr. Gr. n. 486. Repetimus Rossii exemplar ex diario, Schillbachianum ex Keilii editione.

Ross.

ΛΝΑΜΕΡΟV..Ε
ΡΑΙΜΟΠΑΤΕΡ·
ΠΕ⊞ΕΚΕ⊞ΑΝΟϟ.
ΤΙΟϟ⊠ΙΛΟϟΟϟ
·ΠΕΝ⊞Οϟ⊞ΕΚΕ·
ΑΠΟΦ⊞ΙΜΕΝΟϟ

Schillbach.

ΜΝΑΜΕΠΟΛΙΛΕ
ΠΠΙΛΛΟΠΜΕΡ·
▮Ε⊞ΕΚ⊞ΠΝΟΣ
ΤΙΟΣ▮ΙΛΟΣΟΣ
·ΠΕΝ⊞Ο▮⊞ΕΛΕΛ
ΛΠΟΦ⊞ΙΜΕΝΟΥ

Μνᾶμ' ἐπ' Ὀλ...ειδαι μ' ὁ πατὴρ [ἀν]έθηκε Θανό[ν]τι
Ὀλ[θ]ίδας, ο[ἷ] πένθος θῆκε[ν] ἀποφθίμενος.

Vs. 1. Non contigit ut nomen probabili coniectura restitueretur; in diphthongo ει, quamquam orta est contractis vocalibus ε et ι, per simplicem vocalem E scripta non est quod haereas; similia enim non ita raro in titulis sat vetustis occurrunt, cf. Διοκλεῖδα n. 13, Κλειτός n. 30, Φιλοκλεῖδας n. 339, Ἀριστοκλεῖδης n. 372 [38], Νεοκλεῖδης ibid. [274] (Lenorm.); Corinthiaci tituli antiquissimi nihil ad rem. Vs. 2 vocalis ι duabus lineolis parallelis expressa est. Vss. 2. 3. Noli praeferre faciliorem correcturam [ἀ]νέθηκε, nam ad hoc verbum addi dativum, non praepositionem ἐπί c. dat. recte monet Kaibel. Vs. 4 necessario nomen patris scriptum fuit reiciendaeque eorum sunt coniecturae, qui adiectivum φίλος agnoscere sibi videbantur. In iis quae sequuntur quamvis invitus facere non possum quin duo apographa in erroris insimulationem vocem, quoniam littera ϟ, quam tradunt vs. 4 fin., commodam sententiam admittit nullam.

147 *Thespiis* hunc titulum a se a. 1859 descriptum esse affirmat Lenormant, mus. Rhen. 1866 p. 400 n. 272.

ΘΕΟΔΕΚΤΑΣ

Θεοδέκτας.

148 *Thisbae* (Cacorii) in lapide longo angusto qui domus parieti infixus est; ex Leakii apographo fluxerunt quotquot exstant editiones tituli. Leake, mus. crit. II p. 577; Rose, inscrr. Gr. vet. tab. XIII 2 n. 10; C. I. G. 1592; Leake, travels in northern Greece II p. 513 tab. XX n. 94; Le Bas, voy. arch. n. 374. Repetimus exemplar ex Leakii itinerario.

ΙΔΑΝΕΘΕΚΕΝΑΘΑΝΑΙ

—τ.᾽ν]δ' ἀνέθηκεν Ἀθάναι, fragmentum versus.

149 In vico Mazio (*Haliarti*) in ecclesiae S. Constantini muro orientali. Exscripserunt Lolling et Io. Schmidt, qui edidit in Mittheilungen des deutschen Inst. zu Athen V p. 132 et ectypum nobiscum communicavit.

ΚΑΛΛΙΑ
ΑΙΓΙΘΟΙΟ
ΤΥΔΕΥΠΡΑ
ΠΑΡΟΔΟΤΑ

Var. lect. Vs. 3 Schmidt omisit litteram ϟ a Lollingio exscriptam, in ectypo obscuram.

Genetivus ΑΙΓΙΘΟΙΟ, si modo flexus est a casu recto Αἰγί(θ)θος = Αἴγισθος, non utitur terminatione dialecto Boeoticae usitata; sequitur ut titulus sit metricus: Καλλία Αἰγί(θ)θοιο. τὺ δ' εὖ πρᾶσ(σ)'. [ὦ] παροδῖτα. Videtur igitur hoc esse colloquium viatoris et Calliae mortui: vocat viator Calliam, Callias viatorem valere iubet. Vs. 3 fin. litteram O fugisse oculos eorum, qui titulum descripserunt, persuasum habeo; quae res ut diiudicetur, ectypum quidem dextrorsum non longius pertinens nos non adiuvat. Potuit autem illa facile fugere speculatores, quia, ni fallor, lapicida litteras ϟO vel ϟϟO primo omissas reliquis litteris στοιχηδόν dispositis adiecit forma minore. Πρᾶσσε pro πρᾶττε et ipsum epicam dialectum sapit aeque atque genetivus Αἰγί(θ)θοιο. Vs. 4 παροδῶτα i. q. παροδῖτα.

150 In lapide quadrato nigro, reperto a. 1834 *Lebadeae* ad fontem cui nomen Ἄγκος, ad sinistram integro, ceterum truncato; inscriptio admodum est oblitterata. Ex Koehleri apographo edidit Boeckh, C. I. G. 1678*b*; hinc repetiit Le Bas, voy. arch. n. 785; cf. Keil, syll. p. 194. Alterum exemplar exstat in ephemeride arch. n. 2409, tertium in Rossii diario. Exhibemus omnia.

C. I. G.

ΛΕΒΑΔΕΑ.Ο..ΚΕΦΟΑΛΟ
ΑΠΟΤΑΣΕΥΔΟΚΑΣ
ΑΣΥΟΝΤΕΣΕΜΠΕΔΔΕ
ϽΕ++ΙΠ......
ΘΕΟΚ...........
ΕΠΛΛ

Ephem.

Ε....ΛΑ..Λ.
ΑΠΟΤΑΣΚΕΡΡΟΚ
ΑΡΙΟΝΤΕΣΕΜ..
Σ..Ͻ..Π.Ν.
Φ.Ο.Κ
.ΠΚ..
..Ο.Κ

Ross.

....
ΑΠΟΤΑΚΕ.ΔΟΚ
ΑΔ.ΟΝΤΕΣΕΜ

In versibus qui sequantur Ross agnovit + et Θ.

Λεβάδε — — — — — — — —
ἀπὸ τᾶς ἰ[σ]δοκᾶς — — — —
ἄρχοντες· ἰμ πε[λτοφόρως ἀπεγράψαντο]
Δίξξιππ[ος]
Θιοκ[λῆς] vel sim.
Ἐπ[αμείνων] vel sim.

Vs. 2 Boeot. ἰσδοκά i. q. Att. ἐκδοχή, successio. Vs. 3. De peltophoria vide Le Bas, voy. arch. Aegosth. n. 4 n. 5 n. 7*a*, Ἀθήναιον I p. 490 sqq., III p. 490 sqq., IV p 215, Keil, syll. IV, Rangabé n. 1315. Vs. 4. Δίξξιππος, cf. Δεξξίππα in tit. Chaeron. C. I. G. n. 1608 vs. 6 et vs. 17 (?) et Ψάφιξξις infra in tit. Locrensi n. 321; cf. praeterea Keil, syll. p. 237 fin.

---

151 *Acraephiae* (Carditzae) in pila aediculae S. Georgii. Exscripsit Lolling.

ΚΡΙΤΟΝΚΑΙΘΕΙΟΣΔΟΤΟΣΤΟΙ
ΔΙΤΟΠΟΡΕΙ

Κρίτων καὶ Θειόσδοτος τοῖ Δὶ τῶπωρῆϊ.

---

152 In marmore caeruleo *Tanagrae* reperto; litterae lineis tenuibus sunt incisae. Ediderunt Cumanudes, Athen. III p. 168, et Robert, arch. Zeit. XXXIII p. 159. Exscripsit Lolling. Ectypum contuli.

ΑΒΑΕΘΔΟΡΟΣ
ΑΒ

Ἀβαιόδωρος. Lapicida primum inferiore loco nomen exarare coepit, mox consilium mutavit. Nomen ducitur ab Apolline Abaeo.

---

153 In marmore longo nigro, invento prope ecclesiam dirutam S. Parasceves decem minutarum iter distantem a vico Andritza in via quae Thebas fert. Titulus rudi arte incisus, sed non adeo male servatus est, lapis infra et ad dextram est mutilus. A templo Bacchi, quod erat *Tanagrae*, eum illuc allatum esse inde collegit Leake, quod in ruderibus templi multos lapides eiusdem generis repperit. Exscripsit Leake. Edd. Leake, mus. crit. II p. 576; Rose, inscrr. Gr. vet. p. 101 tab. XIII 2 n. 2; Boeckh, C. I. G. 1599; Leake, travels in northern Greece II p. 470 tab. XV 71; Le Bas, voy. arch. n. 573. Sequimur Rosium.

ΑΕΣΧΡΟΝΔΑΣΑΕΓΙΤ
ΔΙΟΝΥΣΟΕ

Αἰσχρώνδας Αἰγίτ[ας vel sim.] Διωνύσοι. Cum nomine Aegitae cf. Βοώτης, Ἱππότης, Λυκίτας.

---

154 *Tanagrae* in museo, lapis calcarius. Edidit Haussoullier, bull. de corr. hell. II 1878 p. 589 tab. XXVI 16.

ΕΠΙΠΟΛΥΑΡΑΤΟΕΕΜΙ

Ἐπὶ Πολυαράτοι ἠμί.

---

155 *Tanagrae* in museo, lapis calcarius. Edidit Haussoullier, bull. de corr. hell. II 1878 p. 589 tab. XXVI 12.

ΕΙ ... ΜΕΙΝΟΚΛΕΙΔΕ

Ἐ[πὶ Ἀ]μεινοκλείαι.

155*a* Lapis tofinus in inferiore parte vix caesus, quem *Tanagrae* effodit Erneris. Edidit Haussoullier, bull. de corr. hell. V 1881 p. 64.

ΕΠΙΠΥΛΙΜΙΑΔΑΕ

Ἐπὶ Πυλιμιάδαι.

---

156 Lapis calcarius *Tanagrae* effossus et in museum illatus, 0.30 m. long., 0.21 m. lat., 0.15 m. alt. Typis minusculis edidit Cumanudes, Athen. III p. 168, maiusculis Haussoullier, bull. de corr. hell. II 1878 p. 589 tab. XXVI 11. Exscripsit Lolling.

ΕΠΙΟΚΙΒΑΕ

Var. lect. Quinta littera Cumanudi et Lollingio est Κ.
Ἐπὶ Ὠκίβαι.

157 Lapis niger, 0.85 m. longitudine, 0.80 m. latitudine, 0.35 m. crassitudine, erutus *Tanagrae*, nunc in vico Scimatario in museo. Typis minusculis ed. Cumanudes, Athen. IV p. 213. Exscripsit Loeschcke.

OS	AOΘΘIDAS	ΨABAS	KOERANOS
OS	MISSΘIDAS	AISΨINAS	AΦRODITOS
DAS	SAMIAS	ΓYRRAIOS	SAΛYΘINIDA
ΨOS	ΓYΘAΝΛELOS	AKYLLE vac.	SAYΛENES
A · ⁻EDES	ARISSTODAMOS	FERΛAENETOS	EYKLIDAS
MOEKIΨO,	ΨARONDAS	ΦALARIS	DAMO+ENOS
ARISSTOΘΘENOS	EYAΛONTIDAS	ERATON	ΨARONDAS
DIOΓOMΓOS	LAKRIDION	AMINOKLEES	KAΦISOΦAON
DALIADAS	DAMOMELON	MATRON	KALLIKRATES
ABAEODOROS	DIAKRITOS	ONATORIDAS	FISOKLEES
LAKON	MELITON	ΦILOΨARES	ΨOERILOS
ΓAYSANIAS	MORYΨIDAS	AΓOLLODOROS	SARBALOS
ΓIΘARΨOS	BAΨΨYLIDAS	MEΛΛIDAS	ΛORΛOS
DAMOTIMOS	ARIOMNASTOS	KISSTIAIDAS	AΓOLLODOROS
NIKIAS	MEΛALINOS	ΘEOIOTOS	BYLIA
ΦANODAMOSI	ERETRIEYS		AME... OS
YNNOSIERET	RIEYS		

Var. lect. Cumanudes: vs. 2 Μιττθίδας, vs. 3 Πύριλλος, vs. 4 ηχος, 'Ακύλλι[ς]?, vs. 5 'Αρ[ιστο]τίλες, vs. 6 Μοίριχος, vs. 7 'Αριστόθοινος, v. 15 Βυλι[δ]α[ς], vs. 16 'Αμει[νιππ]ος, vs. 17 [Ε]ὔνοος.

. . ος	Γοθθίδας	Χαίβας	Κοίρανος
. . ος	Μιττθίδας	Αἰσχίνας	'Αφρόδιτος
. . δας	Σαμίας	Πυρραῖος	Σαγυθινίδα[ς]
. . . ηχος	Πυθάγγελος	'Ακυλλῆ	Σαυγένης
'Αρ[ιστο]τίλης	'Αριστόδαμος	Ϝεργαίνετος	Εὐκλίδας
Μοίριχος	Χαρώνδας	Φάλαρις	Δαμόξενος
'Αριστόθοινος	Εὐαγοντίδας	'Εράτων	Χαρώνδας
Διόπομπος	Λακριδίων	'Αμινοκλῆς	Καφιτοφάων
Δαλιάδας	Δαμομέλων	Μάτρων	Καλλικράτης
'Αβαιόδωρος	Διάκριτος	'Ονατορίδας	Ϝιτοκλῆς
Λάκων	Μελίτων	Φιλοχάρης	Χοιρίλος
Παυσανίας	Μορυχίδας	'Απολλόδωρος	Σάρβαλος
Πίθαρχος	Βαχχυλίδας	Μεγγίδας	Γέργος
Δαμότιμος	'Αριόμναστος	'Ιστιαίδας	'Απολλόδωρος
Νικίας	Μεγαλῖνος	Θεόζοτος	Βυλι[δ]α[ς]
Φανόδαμος 'Ερετριεύς			'Αμεύ[σιππ]ος
[Ε]ὔνοος 'Ερετριεύς			

320 Non procul a parietinis *Stiris* in lapide cano sub fenestra in parte septentrionali monasterii S. Lucae; litterae sunt 0.2 m. altae. Rangabé n. 339. Le Bas, voy. arch. n. 996.

ΨΑΡΙΜΕΔΕΣ

Χαριμήδης.

XII.

TITVLI LOCRORVM OZOLARVM.

321 Lamina aenea, 0.35 m. lata, 0.18 m. alta, in utroque latere litteris impleta, reperta Galaxidii (*Oeantheae*); tum Corcyram in collectionem Woodhousii pervenit, iam penes Taylorem Anglum est, qui ibi consulis munere fungitur. Ἐποίκια Λοκρῶν γράμματα, τὸ πρῶτον ὑπὸ I. N. Οἰκονομίδου ἐκδοθέντα, Athenis 1869; G. Curtius, Studien zur griech. und lat. Gramm. II 1869 p. 441 sqq., Allen, ibidem 1870 p. 212 sqq., Bursian, lit. Centralblatt 1870 p. 154 sq., Vischer, mus. Rhen. XXVI p. 39 sqq. (kleine Schriften II p. 172 sqq.); Riedenauer, Herm. 1872 p. 111 sq. Bréal, revue arch. 1876 août p. 115 sq., Cauer, delect. inscrr. Gr. n. 91. Ex ectypo exhibemus delineationem quae paulo infra veram magnitudinem est; aes non adeo bene levigatum est, qua re factum est ut aliquot locis inter litteras spatia solito maiora relinquerentur.

(*Textum vide pag. 70. 71.*)

Ἐν Ναύπακτον κὰ(τ) τόνδε ἀ(γίστω τὸν νόμον ἐ)πιϝοικία· Λοϙρὸν τὸν Ὑποκναμίδιον, ἐπεί κα Ναυπάκτιος γένηται, Ναυπάκτιον ἐόντα, ὅπω (κ' ἦ Λοϙρῶν), ξένων ὅσια λανχάνειν καὶ θύειν ἐξεῖμεν, ἐπιτυχόντα αἴ κα δείληται· θύειν καὶ λανχάνειν κὴ δάμω κὴ θοινάνων, αὐτὸν καὶ τὸ γένος κὰτ αἰϝεί. Τέλος τοὺς ἐπιϝοίϙους Λοϙρῶν τῶν Ὑποκναμιδίων μὴ φάρειν ἐν Λοϙροῖς τοῖς Ὑποκναμιδίοις, φρίν κ' αὖ τις Λοϙρὸς γένηται τῶν Ὑποκναμιδίων. Αἴ (κα) δείλητ' ἀνχωρεῖν, καταλείποντα ἐν τᾷ ἱστίᾳ παῖδα ἡβατὰν ἢ 'δελφεὸν ἐξεῖμεν ἄνευ ἐνετηρίων. Αἴ κα ὑπ' ἀνάνκας ἀπελάωνται ἐ Ναυπάκτω Λοϙροὶ τοὶ Ὑποκναμίδιοι, ἐξεῖμεν ἀνχωρεῖν ὅπω ϝέκαστος ἦν ἄνευ ἐνετηρίων. Τέλος μὴ φάρειν μηδὲν ὅ, τι μὴ (μ)ετὰ Λοϙρῶν τῶν ϝεσπαρίων. I Ἔνορϙον τοῖς ἐπιϝοίϙοις ἐν Ναύπακτον μὴ 'ποστᾶμεν ἀ(π' Ὀ)πωντίω(ν) τέ(χ)νᾳ καὶ μαχανᾷ μηδεμιᾷ ϝεϙόντας. Τὸν ὅρϙον ἐξεῖμεν, αἴ κα δείλωνται, ἐπάγειν μετὰ τριάϙοντα ϝέτεα ἀπὸ τῶ ὅρϙω ἑκατὸν ἄνδρας Ὀπωντίοις Ναυπακτίων καὶ Ναυπακτίοις Ὀπωντίους. II Ὅστις κα λιποτελήσ ἐγ Ναυπάκτω τῶν ἐπιϝοίϙων, Ἀπόλοϙρον εἶμεν, ἔν τέ κ' ἀποτείσῃ τὰ νόμια Ναυπακτίοις. III Αἴ κα μὴ γένος ἐν τᾷ ἱστίᾳ ᾖ ἐχέπαμον τῶν ἐπιϝοίϙων ἐν Ναυπάκτῳ Λοϙρῶν τῶν Ὑποκναμιδίων, τὸν ἐπάνχιστον κρατεῖν Λοϙρῶν ὅπω κ' ᾖ, αὐτὸν ἰόντα, αἴ κ' ἀνὴρ ᾖ ἢ παῖς, τριῶν μηνῶν· αἰ δὲ μή, τοῖς Ναυπακτίοις νομίοις χρῆσται. IV Ἐ Ναυπάκτω ἀνχωρέοντα ἐν Λοϙροὺς τοὺς Ὑποκναμιδίους ἐν Ναυπάκτῳ καρῦξαι ἐν τἀγορᾷ κὴν Λοϙροῖς τοῖ(ς) Ὑποκναμιδίοις ἐν τᾷ πόλι ὦ κ' ᾖ καρῦξαι ἐν τἀγορᾷ. V Περϙοθαριᾶν καὶ Μυσαχέων ἐπεί κα Ναυπάκτι(ός τι)ς γένηται, αὐτὸς καὶ τὰ χρήματα τὴν Ναυπάκτῳ τοῖς ἐν Ναυπάκτῳ (νομίοις) χρῆσται, τὰ δ' ἐν Λοϙροῖς τοῖς Ὑποκναμιδίοις χρήματα τοῖς Ὑποκναμιδίοις

B

νομίοις χρῆσται, ὅπως ἁ πόλις ϝεκάστων νομίζει Λοϙρῶν τῶν Ὑποκναμιδίων. Αἴ (κα) τις ὑπὸ τῶν νομίων τῶν ἐπιϝοίϙων ἀνχωρίῃ Περϙοθαριᾶν καὶ Μυσαχέων τοῖς αὐτῶν νομίοις χρῆσται κατὰ πόλιν ϝεκάστους.
VI Αἴ κ' ἀδελφεοὶ ἔωντι τῶ 'ν Ναύπακτον ϝεϙοικέοντος, ὅπως καὶ Λοϙρῶν τῶν Ὑποκναμιδίων ϝεκάστων νόμος ἐστί, αἴ κ' ἀποθάνῃ (τῶν ἀδελφεῶν τις ἄπαις), τῶν χρημάτων κρατεῖν τὸν ἐπίϝοικον τὸ κατιϙόμενον. VII
Τοὺς ἐπιϝοίϙους ἐν Ναύπακτον τὰν δίκαν πρόδιϙον ἀρέσθαι πό(τ) τοὺς δικαστῆρας (καὶ δόμεν ἐν Ὀπόεντι κατὰ ϝέος αὐταμαρόν· καὶ) ἀρέσθαι καὶ δόμεν ἐν Ὀπόεντι κατὰ ϝέος αὐταμαρὸν Λοϙρὸν τὸν Ὑποκναμίδιον. Προστάταν καταστᾶσαι τὸν Λοϙρὸν τῶπιϝοίϙῳ καὶ τὸν ἐπίϝοικον τῷ Λοϙρῷ οἵτινές κα πιατειτεντιμοεις. VIII Ὅστις κ' ἀπολίπῃ πατάρα καὶ τὸ μέρος τῶν χρημάτων τῷ πατρί, ἐπεί κ' ἀπογένηται, ἐξεῖμεν ἀπολαχεῖν τὸν ἐπίϝοικον ἐν Ναύπακτον.
IX Ὅστις κα τὰ ϝεϝαδηϙότα διαφθείρῃ τέχνᾳ καὶ μαχανᾷ καὶ μιᾷ — ὅ, τι κα μὴ ἀνφοτάροις δοκῇ Ὀπωντίων τε χιλίων πλήθᾳ καὶ Ναϝπακτίων τῶν ἐπιϝοίϙων πλήθᾳ — ἄτιμον εἶμεν καὶ χρήματα παματοφαγεῖσται. Τὠνκαλειμένῳ τὰν δίκαν δόμεν τὸν ἀρχὸν ἐν τριάϙοντ' ἀμάραις, αἴ κα τριάϙοντ' ἀμάραι λείπωνται τᾶς ἀρχᾶς. Αἴ κα μὴ διδῷ τῷ ἐνκαλειμένῳ τὰν δίκαν, ἄτιμον εἶμεν καὶ χρήματα παματοφαγεῖσται τὸ μέρος μετὰ ϝοικιατᾶν. Διωμόσται ὅρϙον τὸν νόμιον· ἐν ὑδρίαν τὰν ψάφιξιν εἶμεν. Καὶ τὸ θέθμιον τοῖς Ὑποκναμιδίοις Λοϙροῖς ταὐτᾶ τέλεον εἶμεν Χαλει(ε)ῦσι τοῖς σὺν Ἀντιφάτᾳ ϝοικισταῖς.

Naupactum secundum hanc legem ducitor colonia Locrorum. Locro Hypocnemidio si Naupactius factus erit, quoad Naupactius erit, liceat, ubicunque Locrorum erit, hospitum iura civilia nancisci et sacrificare, ita ut, si volet sacrificare et iura civilia nancisci, adipiscatur et a populo et a sodalibus, ipse et gens eius in perpetuum. Vectigal coloni Locrorum Hypocnemidiorum ne penduntο in Locris Hypocnemidiis priusquam rursus aliquis factus erit Locrus Hypocnemidius. Si volet redire, liceat ei, relinquenti domi filium puberem vel fratrem, sine vectigali introitus. Si vi expellantur Naupacto Locri Hypocnemidii, liceat redire eo, ubi quisque erat, sine vectigali introitus. Vectigal ne pendunto (sc. Naupacti) nisi id quod ipsi Locri occidentales pendunt. I Iuranto coloni Naupactum proficiscentes se non descituros esse ab Opuntiis ulla ratione aut arte sua sponte. Liceat, si volent, triginta annis post iusiurandum centum viris Naupactiorum ab Opuntiis, item Opuntiis a Naupactiis iusiurandum iterum exigere. II Quicunque colonorum Naupacto abscesserit vectigali non penso, seiungitor a Locris quoad pendat Naupactiis quod legitimum est. III Si in domo alicuius ex colonis Locrorum Hypocnemidiorum Naupacti non sit gens cui liceat hereditatem adire, genere proximus hereditatem capito ubicunque Locrorum est, ipse (sc. Naupactum) demigrans, si vir est sive puer, intra mensem tertium; si minus, adhibentor leges Naupactiae. IV Si quis Naupacto in Locros Hypocnemidios revertetur, pronuntiato Naupacti in foro et in Locris Hypocnemidiis in ea urbe, in qua est, in foro. V Si quis Pereothariarum et Mysacheorum Naupactius factus erit, ipse et res familiaris, quae est Naupacti, Naupactiis utuntor legibus; ea autem, quae est in Locris Hypocnemidiis, utitor legibus Hypocnemidiis ut cuique mos est urbi Locrorum Hypocnemidiorum. Si quis colonorum, Percothariarum et Mysacheorum, redierit secundum leges(?), utuntor ipsorum legibus in sua quisque urbe. VI Si fratres sint eius qui Naupactum demigraverit, ut apud quosque Locrorum Hypocnemidiorum ius est, si quis fratrum mortuus erit sine liberis, capito rei familiaris colonus tantum quantum in eam cadet. VII Coloni Naupactum proficiscentes prae caeteris litem instituunto coram iudicibus et contra se permittunto Opunte uno die; et instituito et contra se permittito litem Opunte uno die Locrus Hypocnemidius. Praetor sistito Locrum colono et colonum Locro. VIII Si quis reliquerit patrem et partem rei familiaris patri, quum pater mortuus erit, liceat colono Naupactum profecto eam capere. IX Qui decreta everterit aliqua arte atque ratione — nisi quid utrisque probatum erit, Opuntiorum mille maiori parti et colonorum Naupactiorum maiori parti — infamis esto bonaque eius publicantor. Ei, qui instituit litem, diem dicito magistratus intra triginta dies si triginta dies muneris supererunt. Ni dixerit diem ei qui litem instituit, infamis esto bonaque eius publicantor, pars cum servis(?). Iusiurandum legitimum dator; suffragia ponuntor in urna. Et hoc Locrorum Hypocnemidiorum decretum Chaliensibus, qui cum Antiphata ibi habitant, eodem modo (sc. atque Naupactiis) ratum esto.

Titulum scriptum esse ante Naupactum ab Atheniensibus occupatum (Thuc. I 103) certum videtur esse. Originem eius fingo hanc: Locri Hypocnemidii, quum parati essent Naupactiis petentibus colonos mittere, horum iura atque officia constituerunt in novem paragraphos divisa (vss. 11—46), quarum quae est prima continet caput totius decreti i. e. iusiurandum quod a colonis dandum est Locris Hypocnemidiis, ultima poenae minas si quis decretum abolere audeat. Quibus rebus constitutis ii, qui coloniae interfuturi erant, nomina professi sunt; sed effecerunt ut insuper aliquot aliae leges sancirentur quibus condicio sua stabiliretur (vs. 1 *Λοϙρόν* usque ad vs. 11). Hae igitur leges quoniam debebant paragraphum nonam praecedere nec placebat eas inserere in paragraphos iam numeris notatas, collocatae sunt ante priorem textum. Quae omnia (vs. 1 *ἐν Ναύπακτον* usque ad vs. 46 *εἶμεν*) scripta sunt in tabulis duabus nunc deperditis quarum altera Opunte altera Naupacti servabatur. Deinde Opuntiis et eis colonis, qui iam ante eum Antiphata Opunte Chalium profecti erant et ibi habitabant, placuit eisdem legibus temperare horum condicionem, cum assensu reliquorum Chaliensium. Itaque et Opuntii suae tabulae subiecerunt clausulam qua eaedem leges etiam Chaliensibus colonis ratae esse iubebantur — quamquam paragraphus septima in hos iam non valebat —, et coloni Chalienses apographum conficiendum et item clausulam addendam curaverunt ut hoc exemplar in templo quodam sanctissimo Oeantheae urbis vicinae suspenderent. Id tempus tulit. Scriptura igitur necessario non est Locrorum Hypocnemidiorum (*ϙ*) sed Locrorum occidentalium (*Λ*); neque mirum est quod in clausula occurrit dativus tertiae declinationis in *οις*, qui convenit Locris occidentalibus.

Vs. 1. Primum enuntiatum est mutilum; equidem non vereor aerariam, qui in hac tabula toties peccaverit, etiam hic omissionis arguere. Kirchhoff, Stud.[3] p. 137 not., ea quae hic desiderantur in fine alterius tabulae deperditae scripta fuisse censet; at ne ante legem de colonia scitam, quae in hac tabula incipit, quasdam pactiones Locrorum Hypocnemidiorum et Naupactiorum in tabula eiusdem fere magnitudinis perscriptas fuisse opinemur, clausula tantum ad coloniam pertinente videmur moneri. Praeterea litterae latius diductae ΕΝΝΑΥΠΑΚΤΟΝ produnt aerarium ad scribendum aggredientem et de mensura scripturae etiam tum dubitantem. Nos lacunam explentes ita rem administravimus, ut simul tolleretur offensio, quam praebuerat *ἀπιϝοικία* pro *ἁ ἐπιϝοικία* seu *ἠπιϝοικία*; de *ἄγειν* pro *ἄγειν* cf. n. 322. Vs. 2. *Ναυπάκτιον ἐόντα*, seu *Ναυπακτίων ἐόντα*, quoad ex Naupactiis erit. Ibid. *κ' ῇ* omissum esse coniecit Wilamowitz (Zeitschr. f. Gymnasialwesen XXXI p. 637); G. Curtius: *ἐπ(λ)έξειεν*; Cauer: *ὅπω(ς) ξένον*.. Vs. 3.

Dele alterum αἴ κα δειλῆται. Vs. 4 κὴ = καὶ ἐ; de ἐ pro ἐκ vide not. ad n. 322. Vs. 7. Interpunctionem male ante TA posuit scriba quam debebat post TA ponere. Vs. 8 ἐνεπήρια, a verbo εἰσίημι ducta. Vs. 12 TEKNAI non dubito collato vs. 38 quin sit error scribae perquam neglegentia. Vs. 14 Nomen Opuntiorum eodem sensu usurpatur atque Locrorum Hypocnemidiorum. Vs. 15 Ἀπόλεκρος, formatum ut ἀπόμαχος. Vs. 16 ἐχεπάμων vox nova. Vs. 17 dele EI. Vs. 22. Percothariae et Mysachei (α περικαθαίρω et μύσος) fuerint gentes sacerdotum praeditae Opunte fundis sacris quos vendere lege vetabantur. Vs. 23 αὐτός ex soloecismo pro αὐτόν. Vs. 27 ὑπὸ τῶν νομίων obscurum. Vs. 29. De hac paragrapho rectissime disputavit Vischer; sed quae desiderantur verba τῶν ἀδελφεῶν τις ἄπαις non cogitatione supplenda sed a scriba omissa esse in tanta eius incuria est verisimile; quamquam voce ἄπαις possumus carere propter id quod additur ὅπως καὶ Λοκρῶν τῶν Ὑποκναμιδίων Ϝεκάστων νόμος ἐστίν. Vs. 31 dele alterum κρατεῖν. Vs. 32 sqq. Hac lege eae lites, quae tum temporis inter colonos et remanentes Locrorum agebantur, iubentur celeriter (αὐταμαρόν) confici ne illorum iter retardetur. Ad posterum tempus haec lex ideo non potest pertinere quoniam, si coloni facti erunt Naupactii, necesse erit litigent cum Opuntiis eodem modo haud dubie iam multo ante κατὰ συμβολὰς statuto quo caeteri Naupactii. Nec placet quod fuerunt qui proponerent κατὰ Ϝέ(τ)ος; semel tantum quotannis lites Opuntiorum et Naupactiorum diiudicatas esse quis sibi persuaserit? Vs. 32 ἀρέσται = ἀρέσθαι, inf. aor. verbi αἴρω; spiritus vix obstat, cf. e. g. Ὀπωντίων vs. 39. Vs. 34 προστάταν, articulus omittitur ut in altero titulo Locrensi: δαμιωργούς. Ibid. καταστᾶσαι, intellige ἐν δίκαν. Vs. 35. Vereor ne in hoc loco, quem viri docti frustra tentarunt, maior sit neglegentia scribae quam ut verum possit reperiri. Ibid. Littera ϛ iacens, Σ, ornata est lineola transversa ne confunderetur cum littera ζ erecta, Σ. Vs. 36 τὸ μέρος, eam partem, quae patre mortuo pro numero fratrum illi eventura erat; alios patres statim hanc partem discedenti filiorum dedisse consentaneum est. Vs. 40 χρήματα, de articulo omisso cf. supra vs. 34. Vs. 41 παματοφαγεῖσται, cf. Homericum δημοφάγος. Ibid. ὁ ἐνκαλείμενος (ab ἐνκάλειμι = ἐγκάλημι = ἐγκαλέω) non potest non esse accusator; neque inauditum hoc medium genus pro activo. Vs. 42. Similes leges vigebant Athenis, cf. Meier et Schoemann, der attische Process, p. 579 et p. 693. Ibid. alterum δόμεν expunxi. Vss. 44. 45 τὸ μέρος μετὰ Ϝοικιατᾶν non intellego; haud scio an scribendum sit: (καὶ τῶ θεῶ εἶμεν) τὸ μέρος μετὰ (τᾶν) Ϝοικιατᾶν et dei esto pars legitima cum servis. Vss. 45. 46. In voce ψάφιξξιν aut neglegentia scribae agnoscenda est aut conferenda similis scriptura in titulis Boeotiis, cf. n. 150. Vs. 47 ταὐτᾶ, cf. ταυτᾶ n. 79. Ibid. Χαλειέοις pro Χαλειεῦσιν ex flexione praecipue vicinis Aetolis usitata; cf. μειόνοις n. 322.

322 Lamina aenea utrimque inscripta, reperta Galaxidii (*Oeantheae*); tum Corcyrae eam possedit Woodhouse, nunc ibi apud Taylorem consulem Britannicum est. Λοκρικῆς ἀνεκδότου ἐπιγραφῆς διαφώτισις ὑπὸ Ἰ. Ν. Οἰκονομίδου, ἐν Κερκύρᾳ 1850; Ross, alte locrische Inschrift von Chaleion oder Oeanthea, 1854; Rangabé n. 356 b; Kirchhoff, Philol. XIII p. 1 sqq.; Cauer, del. inscrr. Gr. n. 94. Delineatio, quam hic habes, ex ectypo sumpta praebet veram magnitudinem; ansam laminae bene servatam non totam cepit charta huius libri.

(*Textum vide pag. 74.*)

(§ 1) Τὸν ξένον μὴ ἄγειν ἐ τᾶς Χαλείδος τὸν Οἰανθέα μηδὲ τὸν Χαλειέα ἐ τᾶς Οἰανθίδος μηδὲ χρήματα, αἴ τι(ς) συλῷ· τὸν δὲ συλῶντα ἀνάτω(ς) συλῆν. Τὰ ξενικὰ ἐ θαλά(σ)σας ἄγειν ἄσυλον, πλὰν ἐ λιμένος τῶ κατὰ πόλιν· αἴ κ' ἀδίκω[ς] συλῷ, τέτορες δραχμαί· αἰ δὲ πλέον δέκ' ἀμαρᾶν ἔχοι τὸ σῦλον, ἡμιόλιον ὀφλέτω Ϝό,τι συλάσαι. (§ 2) Αἰ μεταϜοικέοι πλέον μηνὸς ἢ ὁ Χαλειεὺς ἐν Οἰανθέᾳ ἢ Ὠιανθεὺς ἐν Χαλείῳ, τᾷ ἐπιδαμίᾳ δίκᾳ χρήστω. (§ 3) Τὸν πρόξενον, αἰ ψευδέα προξενέοι, διπλείῳ θωιέστω. (§ 4) Αἴ κ' ἀνδιχάζωντι τοὶ ξενοδίκαι, ἐπωμότας ἑλέστω ὁ ξένος ὡπάγων τὰν δίκαν ἐχθὸς προξένω καὶ Ϝιδίω ξένω ἀριστίνδαν, ἐπὶ μὲν ταῖς μνααίαις καὶ πλέον πεντεκαίδεκ' ἄνδρας, ἐπὶ (δὲ) ταῖς μειόνοις ἐννέ' ἄνδρας. (§ 5) Αἴ κ' ὁ Ϝασστὸς πὸ(τ) τὸν Ϝασστὸν δικάζηται κὰ(τ) τὰς συνβολάς, δαμιωργοὺς ἑλέσται τοὺς ὁρκωμότας ἀριστίνδαν, τὰν πεντορκίαν ὀμόσαντας· τοὺς ὁρκωμότας τὸν αὐτὸν ὅρκον ὀμνύειν, πληθὺν δὲ νικῆν.

(§ 1) Ne abducito Oeanthensis peregrinum ex terra Chaliensi neve Chaliensis ex terra Oeanthensi neve quae eius sunt, pignus capiens; si vero ipse peregrinus prior ausus sit pignus capere, liceat impune pignus capere ab illo. Res peregrini ex mari abducere liceat, securum ab retaliatione, praeterquam ex portu prope urbem; si quis iniuste pignus ceperit, quatuor drachmae sunto multa; si longius decem diebus pignus retinuerit, dimidio plus debeto quam quod ceperit. (§ 2) Si diutius quam unum mensem habitaverit aut Chaliensis Oeantheae aut Oeanthensis Chalii, domestico iure utitor. (§ 3) Proxenus si in munere gerendo mendacia commiserit, duplici multa multator. (§ 4) Si rerum peregrinarum iudices inter se different paribus suffragiis, assessores creato peregrinus, qui litem instituerit, praeter proxenum et proprium proxenum ex optimatibus, in litibus, quae mina aut pluris sunt, quindecim viros, in vilioribus novem viros. (§ 5) Si civis civi litem intenderit ex pactione publica, damiurgi creanto indices ex nobilibus, iurati iusiurandum quintuplum; iudices idem iusiurandum iuranto; maior pars suffragiorum vincito.

Hoc non esse foedus integrum Oeanthensium et Chaliensium vel uno aspectu apparet; sed ne partem quidem ipsius foederis esse has quinque leges putare licet, quoniam materias inter se admodum diversas ita tractant ut nulla absolvatur. Nam e. g. de proxenis plura in tali foedere dicenda erant quam hoc: τὸν πρόξενον, αἰ ψευδέα προξενέοι, διπλείῳ θωιέστω, et de civium commoratione in altera civitate plura quam illud: αἰ μεταϜοικέοι — χρήστω. Itaque mihi persuasi has esse leges additicias, foederi — quod periit — ex utriusque civitatis consensu subiectas, postquam variis occasionibus constitutiones, quae illo continebantur, non sufficere cognitum est; qua cum opinione optime congruit, quod leges tres posteriores haud dubie ab alio scriba atque duae priores sunt exaratae et eo quidem, ni fallor, paulo recentiore, cf. ꟽ et M, ꟼ et N. Ansa haec lamina et fortasse aliae prope ipsam foederis tabulam in templo suspensae erant.

Vs. 1 ἐ τᾶς; praepositionis ἐκ malui in hoc titulo Locrensi nec non in eo qui praecedit n. 321 breviorem formam ἐ etiam alibi obviam (cf. Keil, Jahrb. für Philol. Suppl. IV p. 543) admittere, quam statuere litteram finalem semper sequenti consonanti assimulatam, deinde pro gemina littera simplicem positam esse. Quidni haec dialectus utramque formam noverit, ἐ et ἐκ (cf. n. 321 vs. 15 ἐγ Ναυπάκτω), aeque ac Latina lingua *e* et *ex*? Vs. 3. Sic haec distinxi, quamquam post συλῷ aerarius non interpunxit; sed quod aliis placuit τὸν δὲ συλῶντα ἀνὰ τὸ συλῆν τὰ ξενικὰ ἐ θαλά(σ)σας ἄγειν ἄσυλον vereor ne nimis contorte sit dictum. Vs. 4. Illud αἴ κα cum optativo potius incuriae scribae quam rudiori Locrorum dialecto tribuere maluit Kirchhoff, cui adstipulor. Vs. 8. Structura neglegens; vel legendum τῶν προξένων αἴ (τις) κτλ. Interpretationem supra propositam verborum ΔΙΠΛΕΙΟΙΘΟΙΕΣΤΟ, quae puto idem valere atque τῷ διπλῷ ζημιούσθω, non is sum qui impense venditem; sed cf. διπλόη Herod. III 42. Oeconomides: διπλεῖ αἰ θωιήστω; Kirchhoff: διπλῆ (Ϝ)οι θωί' ἔστω; Ahrens, Zeitschr. f. vergl. Sprachforsch. VIII p. 345: διπλεῖ ἰῷ (i. e. ἐκείνῳ, Hom. Il. Z 422) θῳ' ἔστω. Vs. 10 sqq. Multifariae quae inter Chalienses et Oeanthenses et peregrinos fieri poterant lites quomodo deberent institui, expositum fuisse puto in ipsa foederis tabula; ibi igitur sanctum erat ut, si vel Chaliensis Oeantheae vel Oeanthensis Chalii peregrinum accusavissent (cf. Kirchhoff l. l.), rei cognitio esset penes iudices qui ξενοδίκαι vocabantur; iam hoc legis supplemento constituitur, quid sit agendum, si horum iudicum suffragia sint paria. Vs. 14 πὸ(τ) τόν, cf. n. 321 vs. 32 πὸ(τ) τούς; ποί convenit Argivis, cf. Le Bas n. 157 a et 159 A. Vss. 16. 17. Damiurgi iurant se in neutrius favorem indices electuros esse.


A

⁝ΤΟΝΞΕΝΟΝΜΕΗΑΓΕΝ⁝ΕΤΑΣΧΑΛΕΙΔΟΣ⁝ΤΟΝΟΙΑΝΘΕΑΜ
ΕΔΕΤΟΝΧΑΛΕΙΕΑ⁝ΕΤΑΣΟΙΑΝΘΙΔΟΣ⁝ΜΕΔΕΧΡΕΜΑΤΑΑΙΤΙΣΥ
ΛΟΙ⁝ΤΟΝΔΕΣΥΛΟΝΤΑΑΝΑΤΟΣΥΛΕΝΤΑΞΕΝΙΚΑΕΘΑΛΑΣΑΣΗΑΓΕΝ⁝
ΑΣΥΛΟΝ⁝ΠΛΑΝΕΛΙΜΕΝΟΣ⁝ΤΟΚΑΤΑΠΟΛΙΝ⁝ΑΙΚΑΔΙΚΟΣΥΛΟΙ⁝ΤΕ
ΤΟΡΕΣΔΡΑΧΜΑΙ⁝ΑΙΔΕΠΛΕΟΝΔΕΚΑΜΑΡΑΝΕΧΟΙΤΟΣΥΛΟΝΗΕ
ΜΙΟΛΙΟΝΟΦΛΕΤΟϜΟΤΙΣΥΛΑΣΑΙ⁝ΑΙΜΕΤΑϜΟΙΚΕΟΙΠΛΕΟΝΜΕΝΟΣΕ
ΟΧΑΛΕΙΕΥΣΕΝΟΙΑΝΘΕΑΙΕΟΙΑΝΘΕΥΣΕΝΧΑΛΕΙΟΙΤΑΙΕΠΙΔΑΜΙΑΙΔΙΚΑΙΧ
ΡΕΣΤΟ⁝ΤΟΝΠΡΟΞΕΝΟΝ⁝ΑΙΨΕΥΔΕΑΠΡΟΞΕΝΕΟΙ⁝ΔΙΠΛ
ΕΙΟΙΘΟΙΕΣΤΟ

B

ΑΙΚΑΝΔΙΧΑΙΟΝΤΙ⁝ΤΟΙΞΕΝΟΔΙΚΑΙ⁝ΕΠΟΜΟΤΑΣ⁝ΗΕΛΕΣ
ΤΟ⁝ΟΞΕΝΟΣ⁝ΟΠΑΓΟΝ⁝ΤΑΝΔΙΚΑΝ⁝ΕΧΘΟΣΠΡΟΞΕΝΟ
ΚΑΙϜΙΔΙΟΞΕΝΟ⁝ΑΡΙΣΤΙΝΔΑΝ⁝ΕΠΙΜΕΝΤΑΙΣΜΝΑΙΑ
ΙΑΙΣ⁝ΚΑΙΠΛΕΟΝ⁝ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΝΔΡΑΣ⁝ΕΠΙΤΑΙΣ
ΜΕΙΟΝΟΙΣ⁝ΕΝΝΕΑΝΔΡΑΣ⁝ΑΙΚΟϜΑΣΣΤΟΣΠΟΙΤΟΝϜ
ΑΣΤΟΝΔΙΚΑΖΕΤΑΙΚΑΤΑΣΣΥΝΒΟΛΑΣ⁝ΔΑΜΙΟΡΓΟΣ
ΗΕΛΕΣΤΑΙ⁝ΤΟΣΗΟΡΚΟΜΟΤΑΣΑΡΙΣΤΙΝΔΑΝΤΑΝΠΕ
ΝΤΟΡΚΙΑΝΟΜΟΣΑΝΤΑΣ⁝ΤΟΣΗΟΡΚΟΜΟΤΑΣΤΟΝΑΥΤΟ
ΝΗΟΡΚΟΝΟΜΝΥΕΝ⁝ΠΛΕΘΥΝΔΕΝΙΚΕΝ

323 In ansa paterae aeneae, reperta *Oeantheae* (Galaxidii) et in museum societatis archaeologicae Atheniensis illata. Edidit Collignon, rev. arch. 1876 XXXII p. 182.




Ευφαμος καὶ τοὶ συνδαμιωργοὶ ἀνέθηκαν τῷ ἥρωι.
De omisso nomine herois vide n. 29.

XIII.

TITVLI THESSALICI.

324 In parte exteriore cymbali aenei, cuius de origine nihil traditur; exstat Athenis in museo societatis archaeologicae. Typis vulgaribus titulum excudit Oeconomides in ephemeride Clio, d. XIX/I m. Maii a. 1869 et in libro ἐποίκια Λοκρῶν γράμματα, p. 129 sq., ex U. Koehleri delineatione edidit Fraenkel, arch. Zeit. XXXIV p. 31 tab. 5; hinc imaginem depromimus. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 139.



Κάμουν ἔθυσε τῷ Κόρϝᾳ. Propter diphthongum vocis Κάμουν pro Κάμων titulus Thessaliae videtur adiudicandus. Insolens ἔθυσε „dedicavit."

325 In vico Hadji-Amer, qui a *Pharsalo* ad occidentem versus 9000 m. distat, in lapide oblongo, qui in porta ecclesiae dirutae est loco liminis superioris. Ediderunt Heuzey et Daumet, mission archéologique de Macédoine n. 199. Tentaverunt titulum Christ et v. d. Pfordten; cf. Pfordtenii de dialecto Thessalica commentatio p. 5 sqq. et Meisteri recensio, Ien. Litt. Zeit. 1879 p. 454.

OÞAMATERDIOKAEAIESSTASEVENO////
///OSƆOTANOROSOΛETOOΛAΓAΘOS
////ΛEΛTEOSADEΛΘEOSESSTAΓEΛO///
ΛTOIKTIRASANDRAΛΓΛΘONΓADITO

[Σᾶμα τ]όδ' [ἁ] μάτηρ Διοκλί[α]ι ἔστασ' Ἐχ[ε]νο[ία]
[ἐσγόνῳ], ὅς ποτ' ἀνοὺρ οὺς ὄλετ'(ο) οὐ[ν] ἀγαθός.
[— ◡◡ —] ίλτειος· ἀδελ[φ]εὸς ἔσσταγε λε[ιβάν]·
[παῖς δὲ κα]τοικτίρας ἄνδρ'[(α) ἀ]γ[α]θὸν πα[ρ]ίτου.

Vs. 1. Nomina in -κλίας collegerunt Ahrens, dial. Dor. p. 562, et Fick, Beiträge zur Kunde der Indogerm. Sprachen V p. 18. Vs. 2 ἀνούρ (= ἀνώρ) Thess. pro ἀνήρ. Ibid. οὺς (= ὥς) pertinet ad anaglyphum, quod Diocleam in pugna occidentem repraesentasse putandum est. Ibid. οὐν = ὤν. Vs. 3 -ίλτειος est patronymicum Thessalorum more in ειος exiens. Ibid. ἔσσταγε pro Att. ἔσταξε. Vs. 4 παρίτου = παρίτω.

326 In urbe Thessalica *Melitaea*, quae nunc dicitur Avaritsa. Ussing, inscrr. Gr. ined. n. 51; Keil, Philol. IV 1849 p. 737; Le Bas, voy. arch. n. 1180. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 138; Dittenberger, Herm. XIII p. 396 sq.

ΑΛΚΙΜΑΧΟΥ
.ΕΚΥΟΝΑΘΕΝ

Ἀλκιμάχου [Σ]εκυώναθεν.

Genetivi declinationis secundae apud Phthiotas et Thessaliotas in ου, apud Magnetes in ω, apud Pelasgiotas in οι exierunt (cf. Fick, Beiträge zur Kunde der Indog. Spr. V p. 2). Offensionem habet Σεκυώναθεν pro Σεκυωνόθεν.

327 *Pharsali*, in domo urbis superioris; tabula parva rectangula. Ediderunt Heuzey et Daumet, mission archéologique de Macédoine, n. 201.

ΔΑϜΟΝΤΑΘΙ
ΔΙΤΑΙΤΑΠΕΙΟϹ

Δάϝων τὰφ[ρο]δίτᾳ τᾶ Πι[θοῖ]. Dativus articuli iam privatus est iota muto, quod recentiore aetate ne nominum quidem primam aut secundam declinationem sequentium dativi in dialecto Thessalica servaverunt; cf. n. 503.

---

328 In domo Turcica oppidi hodierni Turnavi, a Larissa in occidentem et septentrionem versus ad Europum flumen siti, ubi antiquo tempore urbs *Metropolis* fuisse putatur, exstat anaglyphum, in quo effictus est miles clipeo magno rotundo armatus; in latere inscriptus est titulus. Edidit Heuzey, le mont Olympe et l'Acarnanie, p. 484 n. 47; cf. Fick, Beiträge zur Kunde der Indog. Spr. V p. 19.

ΑΔ.ΕΟΑ
ϹΑΣΙΔΑ.ΟΣΠΑ ΣΠΕΟΟΝΕΟΣΕΠΑϹ
ΟΙΑΠΕΟΔΝΕΑΡΙΣ ΓΙ ΟΝΤΟΜΣΕΙΙΑΔΟΔ
ϜΙΡΑ

. — *ϝασίδαμος πα[ῖ]ς Πειθούνειος ἐπ' ἀϝ[έθλ]ῳ ἀπέ[θα]νε ἀρισ[τεύ]ουσαν [ἐ]ς Ἐ[λλ]άδε[ς] ϝιρά[νουν].* Vs. 2. Nomen Asidami saepius obvium esse, vel in hac ipsa regione, monet Fick: Le Bas 1305 (nomen Cyretiensis) ΑΕΙΔΗΜΟΥ leg. ΑΣΙΔΗΜΟΥ; Wescher et Foucart, inscr. de Delphes n. 191 vs. 21, (nomen Amphissensis) Ἀσίδαμος. De littera Ϝ cf. nomina Boeotica *ϝάσανδρος* Keil, syll. II vs. 38 et *ϝασίας* C. I. G. 1575 vs. 7, Keil, syll. p. 48. Vs. 2 *παῖς Πειθούνειος*, cf. Le Bas 1269 tit. Lariss.: *Πευταλεία κόρα*. Vs. 2. 3 ΕΠΑϹ[ΕΟΛ]ΟΙ aut genetivus in ει aut dativus, quem illa aetate in ῳ, non in ω seu ου, exisse verisimile est, cf. *τῷ Κόρϝῳ* n. 324, *Ἀφροδίτᾳ* n. 327; dativum, quem structura commendat, praefero. Vs. 3 *ἐς* Thess. = *ἐξ*. Vs. 4 *ϝιράνουν*, cf. Hesych. *ἴρανες, οἱ εἴρενες. οἱ ἄρχοντες ἡλικιῶται. Λάκωνες.*

XIV.

TITVLI ACARNANIAE ET EPIRI.

329 In *Acarnania* septentrionali loco incerto repertus titulus, ab iuvene quodam, cui eius apographum missum erat, communicatus cum Rossio; is edidit in bullett. dell' inst. arch. 1840 p 28; repetiverunt Welcker, Mus. Rhen. nov. ser. 1 p. 206; Boeckh, C. I. G. 1794 *h*; Le Bas, voy. arch. n. 1056; cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 95. Rossianum exemplar, nunc deperditum, olim exscripsit Kirchhoff; inde repetimus.

ΓΡΟΚΛΒΙΔΑΣΙΟΛΒΣΑΜΑΚΒΚΑ
ΒΣΒΙΑΙΒΡϹVΣΟΔΟΙΟ
ΒΟΣΠΒΡΙΤΑΣΑVΤΟϹΑΣ
ΘΑΡΒΜΑΒΡΑΜΒΡΟΣ

Προκλείδας [τ]ε[δ]ε τᾶιδε κεκλήτε[τ]αι ἐγγὺς ὁδοῖο,
ὃς περὶ τᾶς α[ὐ]τοῦ γᾶς θάνε βα[ρ]νάμενος.

Scriptura titulum coloniae cuidam Corinthiacae addicit. Vs. 1 nominativum *Προκλείδας* a suspicione Boeckhii, qui genetivum postulaverat, recte defendit Kaibel, epigr. Gr. n. 182. Vs. 4. Verbum *βαρνάμενος* redit in epitaphio Arniadae Corcyraei n. 343.

---

330 In Vonitzae urbis vico cui nomen Bokali, prope rudera *Anactorii*. Edidit Leake, travels in northern Greece IV tab. XXXIV n. 166, et inde Boeckh C. I. G. 1794 *g*, Le Bas, voy. arch. n. 1049.

ΟΡΡΥΟ
ΛΛΣ

[Πόντος ⏑ — ⏑ (τὸν δεῖνα) ἀπ]ώλλυ', ὃς Ἀμ[πρακίαν ποτ' ἔναιεν].

Quamquam tempus imperfectum (*ἀπώλλυε*) pro aoristo in titulis id genus non frequenter usurpatur (in promptu mihi sunt haec exempla: Kaibel, epigrr. Gr. n. 27 *θνήσκουσιν*, n. 28 *θνῄσκων*, n. 203 *θνῄσκων ἀνὰ σκιερούς Περσεφόνης θαλάμους*), tamen satius duxi in versu restituendo periclitari, quam ex litteris traditis nomina propria inaudita aut rara saltem (*-έλλυος Ἀμ[ύντου]*) extorquere. Ultima littera velim iterum in lapide examinetur.

---

331 In parte occidentali urbis Artae (*Ambraciae*), trecentis metris ab muro, qui antiquam urbem circumdedit, inventus est lapis 1.17 m. long., 0.44 m. lat., 0.09 m. crass.; titulus incisus est in lacuna 0.94 m. long., 0.08 m. lata. Ediderunt Duchesne et Bayet, archives des miss. scient. 1876 p. 331.

ΑΡΜΟΝΙΑ

Ἁρμονία.

332 Hanc laminam plumbeam 0.039 m. long., 0.026 m. alt., aestate a. 1879 Trau Vindobonensis inter alias res antiquas emit a machinatore quodam Graeco, qui Corcyrae domicilium habebat; atque confirmabat Graecus Dodonae se eas effodisse. Servatus est huius laminae margo is qui est inferior si anticam partem *a* contemplaris (idem est superior posticam partem *b* intuenti); item margo dexter, nisi quod in medio paulum est laesus et iacturam fecit anguli superioris; item medius margo superior; ad sinistram plumbum est fractum. Edidit Gurlitt, archaeol. epigr. Mittheil. aus Oesterr. IV p. 61 sq. Imago quarta parte infra veram magnitudinem est.



a [Ἐπικοινῆται -]ιστχ- (ὁ δεῖνα)
[Διὶ καὶ Διώνᾳ, τί]νι κα θεῶ-
[ν ἢ δαιμόνων ἢ ἡρ]ώων εὐχ[ό]-
[μενος καὶ θύων] ὑγιὴς εἴη.

b Varias manus recentiores distinxit editor.

a Supplementa ministrant complures tituli a Carapano editi in libro: Dodone et ses ruines tab. XXXIV sqq. Vs. 1 ἐπικοινεῖσθαι idem atque Atticum ἐπικοινοῦσθαι vel ἀνακοινοῦσθαι. Vs. 2. Propter spatii angustias brevissimos dandi casus supplevi (cf. Carap. tab. XXXV 2 lat. post.); saepius tituli huius generis praebent formam ampliorem: τῷ Διὶ τῷ Ναΐῳ καὶ τᾷ Διώνᾳ. Vs. 4. Utrumque H labente stilo simillimum evasit signo N. Si titulus oriundus est ex coloniis Corinthiacis, quae erant in illis regionibus (Corcyraeos quidem recentiore aetate hos deos aliquotiens consuluisse demonstrant tituli Carapani tab. XXXIV 4. 5), alphabetum Corinthiacum ibi non iisdem gradibus appropinquavit Ionico, quibus in Sicilia: n. 332 B = ε, H = η, n. 509 E = ε et η.

XV.

TITVLI INSVLARVM MARIS IONII.

333 In fragmento lapidis calcarii, quod in insula *Cephallenia* inter rudera Craniorum repertum in museum Parisinum a. 1860 pertulit Lenormant; idem edidit mus. Rhen. 1866 p. 519 n. 345.


8 Ν Α
+ Υ

334 Titulus *Cephalleniacus*. Apud Philemonem Atheniensem, qui Aeonem ephemeridem emittit, e lapide calcario exscripsit Schoell. Litterae leviter sunt incisae. Edidit Kirchhoff, Stud.[3] p. 156. Utimur Schoellii apographo.

DAMAINΕΤΟ
ΤΟΠΑΛΕΟΜ

Δαμαινέτου τοῦ Παλέος. Mortuus civis erat Palae urbis in insula Cephallenia sitae. Alphabetum est Achaicum.

335 In lapide tofino oblongo, reperto Palae (Lixuri) in insula *Cephallenia*; in Britanniam delatus pervenit in collectionem Nogentianam. Editus est titulus a Boeckhio C. I. G. 1928 ex Gellii et Crawfurdi apographis; deinde typis minusculis bis in diario Ἴόνιος Ἀνθολογία V 1835 p. 84 sq. et p. 122 sq., tum a Leakio, transactions of the royal society, nov. ser. I p. 273 et p. 305, unde imaginem mutuamur.



Var. lect. Vs. 1 Gell et Crawf.: ϶ΣΑΙ϶ΑΜΜ, ex Crawfurdi exemplo colligit Boeckh Σ paenultimum delevisse lapicidam, quod formam dextrorsum currentem per errorem inciderat. Anthol. Ion.: αναξιας et χαισασμ. Vs. 2 Gell et Crawf.: ϶ΟΙΡΑΞΛΝ, Anthol. Ion.: κλεαπον et καλαχιον. Vs. 3 Gell: ΣΑΟΣΞΡΞΤ, Crawf.: ΣΑΟΣΞΡΞ, Anthol. Ion.: σαοστιρκε et σαοσεοτε.

Μνασίας Κλεάριος σαοστρεῖ Mnasias, Clearis filius, dedicat pro salute. In voce σαοστρεῖ, quae a nomine σάοστρον (i. e. σῶστρον) ducitur, ipse lapicida errorem correxit.

336 In ea *Ithacae* insulae parte, quae cauro est opposita, ad ripam septentrionalem portus parvi, cui est nomen Polis, est planities non magna, paulum edita. Ibi inter lapides caesos, qui ex aedificio diruto reliqui sunt, repertus est lapis planus inscriptus, qui in duas partes fractus est nec non infra mutilus videtur esse. Titulus in hoc lapide natura friabili rudem in modum incisus tempore et pluvia corrosus est. A. 1868 partem maiorem 0.7 m. alt., 0.5 m. lat. repperit Schliemann, nimis credulus commento accolae cuiusdam narrantis hoc esse fragmentum operculi sarcophagi; vide librum eius: Ithaque, le Pélop., Troie p. 48 sq. Duodecim post annis hanc et insuper alteram partem invenit Stillmann; cum imagine photographica ab illo confecta titulum edidit Comparetti, Accademia dei Lincei, anno CCLXXVIII (1880—81); illam imaginem, in qua aliquot locis (maxime vs. 3 in littera M, vs. 4 in litt. M, vs. 5 in litt. Γ) vulnera a lineis non facile distinguuntur, quanta maxima potui similitudine repetendam curavi, servata etiam ea, quae Stillmanno placuit, collocatione fragmentorum, quamquam persuasum habeo sinistrum fragmentum ad alterum propius admovendum et paululum attollendum esse.

Comparetti. *Schliemann.*

ΦΑΝΑΜΞΜ
ΙΜΑΤ
ΜΒΕΡ
ϘΑΤΜΑ
ΕΡ<ΘΟ
ƎΔϘC
ΝΟΕ

Nota. Vs. 1. Post ΑΜ, ubi Schliemann praebet ΞΜ, in imagine photographica nec vola nec vestigium apparet.

[Τᾶς?] Ἀθάνας, τᾶς Ῥ[έας] κα[ὶ τᾶ]ς Ἥρας τὰ [ἕ]τεια. τοὶ [ἱ]εροπο[ι]ί με ἐ[πο]ησ[αν — —]. Vs. 4. Cf. Hesych. ἔτεια· ἐπέτεια. Vs. 6 ἐμὶ sc. pomarium vel agrum.

337 In fragmine tibiae lapideae, quod emit Schliemann *Ithacae*; inventum illud esse narrabat rusticus in sarcophago (cf. n. 336). Edidit Schliemann, Ithaque, le Pélop., Troie p. 49, et accuratius idem, Mykenae p. 88. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 156.

ΗΣΑΡΟΜ

— — ἱαρός.

338 In insula *Leucade*. Le Bas, voy. arch. tab. VII 13 et n. 1040, unde repetimus titulum.

ΜΙΚΥΘΑΜ

Var. lect.: Le Bas, tab. VII 13: Μ pro Μ.
Μικύθας.

339 Titulus *Leucadius*. In vase aeneo 0.04 m. alto, infra fracto, quod Dodonae prope templum repertum est. Titulus punctis scriptus extrinsecus circumdat cervicem. Edidit Carapanos, Dodone et ses ruines, Paris 1878, p. 40, tab. XXIII 1.

ΦΙΛΟΚΛΕΔΑΟΔΑΜΟΦΙΛΟΥΛΕΥΚΑΔΙΟΣΔΙΝΑΙΟΙ

Φιλοκλείδα(ς) ὁ Δαμοφίλου Λευκάδιος Διὶ Ναΐῳ. Littera Σ intercidit socordia scribentis.


340 In lapide truncato, qui repertus a. 1819 *Corcyrae* postea erat penes Gangadium. Edidit Boeckh, C. I. G. 20, ex Creuzeri apographo; rectius Mustoxides, delle cose Corciresi, n. CI p. 268, quem Wachsmuth secutus est, mus. Rhen. XVIII p. 578; eundem nos sequimur. Cf. Kaibel, epigrr. Gr. n. 181*a*.

Var. lect. Creuzeri exemplum in angulo dextro inferiore praebet tres litteras, quas a manu recentiore leviter incisas esse Mustoxides affirmat.

[Σᾶμ' Ἐχετ]ίμου ματρὸς ἐγὼ ἕστακ' ἐπὶ τύμῳ
Πουλυνόϝας, σ[τονοχὰ δ' υἱῷ κατελεί]πετο ματρ[ός].

De nomine τύμῳ cf. n. 344. Versum alterum explevit Kaibel.

341 Lamina aenea *Corcyrae* in regione antiquae urbis a. 1837 inventa, 0.13 m. lata, 0.05 m. alta, bene servata, nisi quod in duas partes fracta et altera ansarum mutilata est. Ex collectione Woodhousii pervenit in museum Britannicum. Mustoxides, delle cose Corciresi n. LXIX p. 233; Vischer, mus. Rhen. 1854 p. 385 sq., idem, epigr. u. arch. Beitr. aus Griech. 1854 p. 6 (Archaeol. u. Epigr. aus Korcyra, Meg. u. Athen p. 8) tab. II 1, (kleine Schriften II p. 12 sq.). Exscripsi.



Λόφιός μ' ἀνέθηκε. Nomen Lophii habes etiam n. 411.

---

342 Ineunte mense Octobri a. 1843 *Corcyrae* ad meridiem urbis hodiernae, in suburbio, cui nomen est Castrades, in munitionibus instituendis duo ordines sepulcrorum antiquorum detecti sunt, superior et inferior. In inferiore eoque antiquiore notabile est sepulcrum ex parvis lapidibus calcariis non politis exstructum in formam cylindri, 1.25—1.57 m. alti, diametrum quinque metrorum habentis; imus lapidum ordo 0.2 m. eminet in modum gradus, summus 0.08 m. in modum gisi; superimpositum est tectum cono humili simile. Intra sepulcrum neque cinis neque ossa inventa sunt, sed patera aenea et aliquot vasa parva fictilia. Infra illud gisum a dextra ad sinistram currit inscriptio, 9.8 m. longa, uno versu continuo; litterae 0.04—0.05 m. altae profunde incisae et praeter nonnulla loca, quibus lapis laesus est, optime sunt servatae. Titulum exscripsit F. Orioli et edidit in Ephem. Ion. 1843 n. 668. 669. 673; hoc exemplar repetiit Rangabé, n. 318. Iterum exscriptum edidit Ch. Philetas, *διάλεξις περὶ τῆς ἐν Κερκύρᾳ Μενεκρατείου ἐπιγραφῆς, ἐν Κερκύρᾳ* 1844; inde fluxerunt editiones Franzii, arch. Zeit. 1846 p. 378 tab. XLVIII 3, Rossii in Iahnii annal. 1854 p. 535, Le Bas, voy. arch. tab. V 14. Tertio exscripsit Mustoxides, delle cose Corciresi n. CIII p. 274. Denuo examinavit Riemann, Corfou, 1879 p. 30 sqq. Ex iis, qui titulo interpretando operam dederunt, nominentur praeter illos: Schneidewin, Goett. Anz. 1845 p. 981 sqq. et Leake, transactions, nov. ser. II p. 1 sqq. Repetimus Philetae exemplum in auxilium vocato ectypo, quod inscriptionem non totam praebet; litteras quasdam dubias ipse in lapide spectavi.

(*Textum vide pag. 80.*)

Potiores varietates lectionis. Post σᾶμα Mustoxides praebet interpunctionem ⁝; et haec semper eius est forma in apographo Corcyraei. Post δαμοσίων δὲ Mustoxides legit ⁝ΜΟΦΑΝ, Orioli ΜΟΑΝ; in lapide agnovi [.]ΜΟΦΑΝ. In medio orbe litterae O aliquotiens punctum positum esse hic certum illic ambiguum affirmat Riemann, certum imprimis in vocibus Τλασίαϝο, Οἰανθ-, αὐτῷ (vs. 2), ἐνθών; etiam in ectypo meo punctum conspicuum est in his vocibus: τόδε (vs. 1), Οἰανθ-, αὐτῷ (vs. 2), δαμοσίων (litt. ω).

Υἱοῦ Τλασίαϝο Μενεκράτεος τόδε σᾶμα,
Οἰανθίος γενεάν· τόδε δ' αὐτῷ δᾶμος ἐποίει·
ἦς γὰρ πρόξενϝος δάμου φίλος· ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ
ὤλετο, δαμοσίων δὲ καφῶν ῥ[έθιον τὸν ἔθαψε].
Πραξιμένης δ' αὐτῷ γ[αία]ς ἀπὸ πατρίδος ἐνθὼν
σὺν δάμ[ῳ]ι τόδε σᾶμα κασιγνήτοιο πονήθη.

Vs. 4 καφῶν pro σκαφῶν, cf. Ahrens II 109. 110. Quod dicendum erat Menecratem, quum in mari non esset inventus, non iacere sub hoc tumulo, tristem rem in modum hilarem ita expressit is, qui epitaphium concepit, ut eum non caruisse beneficio sepulturae, sed sepultum esse praedicaret, si non paliis at remis navium rei publicae, quibus Corcyraei in locum naufragii vecti corpus quaesivissent.

343 Cippus e lapide calcario factus, 1.93 m. alt., 0.50 m. lat., 0.15 m. crass., repertus mense Aprili a. 1846 *Corcyrae* prope sepulcrum Menecratis, sed in stratura terrae 0.9 m. minus profunda; inter effodiendum lapis in duas partes est fractus; nunc asservatur in museo collegii. Quatuor foramina ad taenias vel coronas suspendendas utilia videntur fuisse; litterae magnae sunt et fere omnes admodum perspicuae; uniuscuiusque versus litterae duabus lineis, superiore et inferiore, sunt inclusae. Orioli, ephem. Ion. 1846 n. 68, cf. n. 73. 77; Franz, arch. Zeit. 1846 p. 377 sqq., tab. XLVIII 2; Mustoxides, delle cose Corciresi, n. CIV p. 288; Vischer, mus. Rhen. 1854 p. 383 sq., Ross, Iahnii diar. 1854 p. 544 sqq., Vischer, epigr. u. arch. Beiträge aus Griech. p. 10; Le Bas, voy. arch. tab. VI 1; Riemann, Corfou, 1879 p. 42. Sequimur Mustoxidem.

Var. lect. Vss. 2. 3. Riemann bis, in vocibus παρὰ et Ἀράθθοιο, Ϙ et Ϙ, repugnantibus caeteris testibus. Vs. 3. Alterum Θ auctore Vischero paulo minus est quam id quod praecedit.

Σᾶμα τόδ'(ε) Ἀρνιάδα· χαροπὸς τόνδ' ὤλεσεν Ἄρης
βαρνάμενον παρὰ ναυσὶν ἐπ' Ἀράθθοιο ῥοϜαῖσι,
πολλὸν ἀριστεύοντα κατὰ στονόϜεσ(σ)αν ἀϜυτάν.

Vs. 4. Mendose lapicida ἀριστεύτοντα.

---

344 Fragmentum columnae sepulcralis albae marmoreae simplici capitulo ornatae; inventum est primis diebus mensis Augusti a. 1866 *Corcyrae* haud procul a sepulcro Menecratis; in abaco litteris 0.03 m. altis incisa est inscriptio, deorsum deflexa ubi margini appropinquat. Decharme, comptes rendus 1866 p. 383, Egger ibid. p. 393, Miller ibid. p. 398 sqq., Egger ibid. a. 1867 p. 158 sq.; Bergmann, Herm. II p. 136 sqq., ubi tres litterae male iterantur (cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 92); Schliemann, Ithaque, le Pélop. Troie 1869 p. 7, qui repetit Decharmii exemplum; Engelmann, bullettino dell' inst. arch. 1872 p. 35. Praeterea utimur ectypo, quo litterae novem postremae expressae sunt.

ϜΤΣΊΒΜΣΒΜΟΣΞΣΒΒΜΥΟΤΜΟΒϘΑΊΜΒΞΑΊΑΤΜ
Σ
Ο
Σ

Στάλα ΞενϜάρεος τοῦ Μειξιός εἰμ' ἐπὶ τύμῳ. De 'Μ cf. 'F n. 131. Ἐπὶ τύμῳ habes etiam n. 340.

---

345 In pila lapidea 1.42 m. altitudine, 0.33 m. crassitudine, *Corcyrae* prope sepulcrum Menecratis inventa; nunc exstat in museo collegii. Inscriptio antiqua integra est; recentiore tempore lapis, ut ad alienum usum idoneus fieret, recepit inscriptionem alteram transverso cursu scriptam ΔΙΟΣΚΟΥΡΩΝ. Primum videntur esse editae in folio nescio quo ephemeridis Ioniae; deinde edd. Franz, arch. Zeit. 1846 p. 378 tab. XLVIII 4; Mustoxides, delle cose Corciresi, n. LXXXII p. 252; Vischer, mus. Rhen. IX p. 384 sq., idem, epigr. und arch. Beitr. p. 10 tab. II 8 (kleine Schriften II p. 18); Wachsmuth, mus. Rhen. XVIII p. 579 not.; cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 93 sq. Lapidem inspexi.

ΣΑΤΑΙΒΞΒΛ

Λεξιάτας s. ΛεξιϜάτας, sc. (sec. Kirchhoffium) ὄρϜος; ex quo nomine illud Λεξιάτας terminatione -άτας sit formatum, difficile est dictu.

346 Columna rudi arte ex lapide calcario rubenti sculpta, supra excavata, 0.68 m. altitudine, crassitudine supra 0.38 m., infra 0.45 m., effossa a. 1845 *Corcyrae* in palaeopoli sub colle, in quo monasterium S. Euphemiae situm est, nunc servatur in museo collegii. Inscriptio deorsum currens compluribus laesuris turpata est. Ephem. Ion. 1845 n. 29 sqq., Mustoxides, delle cose Corciresi, n. LXXXIII p. 254; Rangabé n. 356 ex ephemeride; Wachsmuth, mus. Rhen. XVIII p. 575 sqq. ex Mustoxidis libro; Bergmann, Herm. II p. 139; cf. praeterea Kirchhoff, Stud.[3] p. 93. Lapidem contuli; repeto Bergmanni exemplar.

ΟΡϹΘΣΗΙΑΡΟΣ
ΤΑΣΑΚΡΙΑΣ

Var. lect. A sinistra vss. 1 et 2 caetera apographa sunt minus accurata. Pro Ι ephemeris praebet vs. 1 Ϳ, vs. 2 Ϳ, laesionibus lapidis falso acceptis. Carent vs. 1 apud Mustoxidem omnia Ο, in ephemeride secundum et tertium punctis. Vs. 2. Post Κ ephemeris habet Β, Mustoxides Ρ, ego e lapide enotavi Ρ.

Ὄρϝος ἱαρὸς τᾶς Ἀκρίας. Idem cognomen teste Hesychio (s. v. Ἀκρία) apud Argivos compluribus deabus erat.

---

347 In duabus pilis in formam conorum obtusorum sculptis, altitudine 1.14 m., crassitudine infra 0.3 m., supra 0.15 m., erutis *Corcyrae* prope ecclesiam Beatae Virginis cui cognomen est Νεραντζῶσι, ad rivum in regione templi antiqui. Altera nunc est in museo collegii. Mustoxides, illustrazioni Corciresi, tom. II p. 98; Boeckh, C. I. G. 1877 ex Broendstedii apographo; Franz, arch. Zeit. 1846 p. 379 tab. XLVIII ex exemplari quodam lithographico; Mustoxides, delle cose Corciresi, n. LXXXVI p. 262, unde titulum sumimus.

ΡΟΟΣΓΥΘΑΙΟΣ

Var. lect. Ephem. arch. litt. 1. 2. 3: ΡΟΘ.

Ῥόος Πυθαῖος i. e. rivus Apollinis Pythii sacer.

XVI.

TITVLI THRACIAE.

348 Titulus *Mendaeus*. In basi triangula Victoriae alatae, effossa a. 1875 Olympiae haud procul ab eo Olympiei angulo qui spectat inter septentriones et ortum solis. Litterae superiorum versuum 0.03 m. altae sunt, inferiorum 0.02 m. Edidit E. Curtius, arch. Zeit. XXXIII p. 178 et Ausgrab. zu Olymp. I tab. 32; cf. Schubart, Neue Jahrb. 1876 p. 397 sqq., Michaëlis, arch. Zeit. XXXIV p. 169 sqq., Weil, ibid. p. 229 sq., Schubring, ibid. XXXV p. 26 et p. 59 sqq., Schubart, Neue Jahrb. 1877 p. 379 sqq.

ΜΕΣΣΑΝΙΟΙΚΑΙΝΑΥΠΑΚΤΙΟΙΑΝΕΘΕΝΔΙΙ
ΟΛΥΜΠΙΩΙΔΕΚΑΤΑΝΑΠΟΤΩΜΠΟΛΕΜΙΩΝ
ΠΑΙΩΝΙΟΣΕΠΟΙΗΣΕΜΕΝΔΑΙΟΣ
ΚΑΙΤΑΚΡΩΤΗΡΙΑΠΟΙΩΝΕΠΙΤΟΝΝΑΟΝΕΝΙΚΑ

Μεσσάνιοι καὶ Ναυπάκτιοι ἀνέθεν Διὶ
Ὀλυμπίῳ δεκάταν ἀπὸ τῶμ πολεμίων.
Παιώνιος ἐποίησε Μενδαῖος,
καὶ τἀκρωτήρια ποιῶν ἐπὶ τὸν ναὸν ἐνίκα.

Cf. Paus. V 26. 1: *Μεσσηνίων δὲ τῶν Δωριέων οἱ Ναύπακτόν ποτε παρὰ Ἀθηναίων λαβόντες ἄγαλμα ἐν Ὀλυμπίᾳ Νίκης ἐπὶ τῷ κίονι ἀνέθεσαν. τοῦτό ἐστιν ἔργον μὲν Μενδαίου Παιωνίου, πεποίηται δὲ ἀπὸ ἀνδρῶν πολεμίων, ὅτε Ἀκαρνᾶσι καὶ Οἰνιάδαις, ἐμοὶ δοκεῖν, ἐπολέμησαν. Μεσσήνιοι δὲ αὐτοὶ λέγουσι τὸ ἀνάθημα σφίσιν ἀπὸ τοῦ ἔργου τοῦ ἐν τῇ Σφακτηρίᾳ νήσῳ μετὰ Ἀθηναίων, καὶ οὐκ ἐπιγράψαι τὸ ὄνομα τῶν πολεμίων σφᾶς τῷ ἀπὸ Λακεδαιμονίων δείματι, ἐπεὶ Οἰνιαδῶν γε καὶ Ἀκαρνάνων οὐδένα ἔχειν φόβον.* Naupactii, quorum mentio apud Pausaniam ipsius aut librariorum culpa desideratur, sunt ea civitatis pars, quae in urbe ab Atheniensibus capta (Thuc. I 103) remanserat et ab Atheniensibus stabat. Quae Messenios de causa donarii tradidisse narrat Pausanias quin summatim fuerint vera, mihi non videtur esse quod dubitemus (cf. Thuc. IV 9 et 36, Paus. IV 26), ita tamen ut non ab hac una victoria gloriosissima, cuius memoriam usque ad Pausaniae aetatem optime tenuerunt Messenii, decimam dedicatam putemus, sed etiam a crebris illis excursionibus, quibus re Sphacteriae bene gesta Messenii ex Pylo proficiscentes agros Lacedaemoniorum per aliquot annos vastabant; cf. Thuc. IV 41: *τῆς δὲ Πύλου φυλακὴν κατεστήσαντο* (sc. *οἱ Ἀθηναῖοι*) *καὶ οἱ ἐκ τῆς Ναυπάκτου Μεσσήνιοι ὡς ἐς πατρίδα ταύτην (ἔστι γὰρ ἡ Πύλος τῆς Μεσσηνίδος ποτὲ οὔσης γῆς) πέμψαντες σφῶν αὐτῶν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἐλῄζόν τε τὴν Λακωνικὴν καὶ πλεῖστα ἔβλαπτον ὁμόφωνοι ὄντες.* Dixerit quis accuratius ita tempus huius donarii posse definiri, ut ineunte anno 421 aut non multo ante putetur Iovi Olympio esse oblatum; neque enim post foedus aestate a. 421 cum Argivis et Corinthiis factum impedituros fuisse Eleos, quin nomen Lacedaemoniorum in tropaeo inscriberetur; et quod Elei tropaeum poni passi sint, nomen Lacedaemoniorum inscribi vetuerint, in hac re cognosci mentem sociorum ad defectionem pronorum, cf. Thuc. V 31. At vereor, ne ea quae recentiores Messenii de causa nominis hostium in tropaeo omissi narrabant, fide parum sint digna, quandoquidem frequentior fuit haec reticentia, quam ut ad eam explicandam tam singulari opus sit argumentatione, cf. e. g. Add. n. 3*a*, bull. de corr. hell. I p. 84, Paus. V 24. 7. — Vs. 4 *ἀκρωτήρια* non sunt statuae, quae intra fastigia erant collocatae (*ἐναιέτια*), sed monumenta fastigiis superimposita, Paus. V 10. 4: *λέβης ἐπίχρυσος ἐπὶ ἑκάστῳ τοῦ ὀρόφου τῷ πέρατι ἐπίκειται, καὶ Νίκη κατὰ μέσον μάλιστα ἕστηκε τὸν ἀετόν, ἐπίχρυσος καὶ αὐτή*; his igitur fabricatis non mediocriter gloriatum esse Paeonium hinc discimus. — Patria Paeonii Kirchhoffio auctore (Stud.[3] p. 106) non fuit Mende Eretriensium colonia in paeninsula Pallene sita, sed Mende Ionum Asiaticorum colonia prope Aenum condita; inde intellegitur, cur Paeonio scriptura Ionum Asiaticorum commoda fuerit. Dialectum prioris tituli a Messeniis et Naupactiis concepti Doricam esse consentaneum est; artifex in suo ipsius titulo quanam dialecto usus sit, parum liquet; certe non usus est Dorica (cf. *ἐνίκα*); sed qua? an Ionica? Ionum enim eos, qui in Asia ad septentrionem habitabant, quoniam alia multa paria aut similia habebant Aeolum dialecto (cf. n. 381. 382), non incredibile est pro *νηός* dixisse *ναός* (Aeol. *ναῦος*). Possunt autem horum Mendaei fuisse coloni.

349 Titulus *Abderiticus*. In basi marmoris Pentelici, 0.55 m. longa, 0.445 m. alta, 0.48 m. lata, effossa a. 1866 in Piraeeo prope sex aras magnas marmoreas, litteris pulcherrimis. Edidit Hirschfeld, arch. Zeit. 1873 XXX p. 21, tab. LX n. 7; repetiit Kirchhoff, Stud.[3] p. 14. Utor ectypo.

ΠΥΘΩΝΕΡΜΗΙΑΓΑΛΜΑΕΡΜΟΣΤΡΑ
ΤΟΑΒΔΗΡΙΤΗΣΕΣΤΗΣΕΜΠΟΛΛΑΣ
ΘΗΣΑΜΕΝΟΣΠΟΛΗΑΣ:ΕΥΦΡΩΝΕ
ΞΕΠΟΙΗΣΟΥΚΑΔΑΗΣΠΑΡΙΟΣ.

Πύθων Ἑρμῇ ἄγαλμ'(α) Ἑρμοστράτου Ἀβδηρίτης
ἔστησεν πολλὰς θησάμενος πόλ(ι)ας.
Εὔφρων ἐξεποίησ' οὐκ ἀδαὴς Πάριος.

Ionica litteratura convenit Abderitae; titulus saeculo quinto non est recentior. Per imprudentiam sculptor exaravit formam Homericam πόληας pro Ionica πόλιας, quam voluerat is qui hos versus panxit, cf. Wilamowitz, Zeitschr. f. Gymn. XXXII p. 281.

XVII.

TITVLVS SARMATIAE.

350 Inter *Maeotidem* et flumen Cara-Cubanum, in urbis magnae parietinis, quae Eski-sheir (urbs vetusta) dicebantur, repperit De la Motraye quum alia tum anaglyphum lapidis cani ex montibus vicinis, ut putabat, petiti. Media est Venus amplexura virum a sinistra eius accedentem, manifesto Martem; ad dextram eius adstat Neptunus tridentem tenens; hi omnes prope nudi. Martis ad sinistram est Amor alatus facem sinistra gestans; pone hunc est Vulcanus sinistra forcipem tenens. Infra est inscriptio. A. de la Motraye, voyages en Europe, Asie et Afrique, à la Haye 1727 tom. II p. 75 sqq. tab. IV 11 et travels through Europe, Asia and into part of Africa, Lond. 1732 tom. II p. 50 sqq. tab. XXVII n. 11; Boeckh, C. I. G. 2133; Kirchhoff, Stud.[4] p. 33.

ΘΕ ΑΓΑΤΟΡΟ . . ΜΑΞ . ΑΡΜ . ΕΔΙ . . .

Θε[ῷ] Ἀπατούρω[ι —]μαχ[ος Κ]αρ[μα]δ[ου]? Lacunarum spatia fideliter imitari Motraye non curavit.

XVIII.


TITVLI INSVLARVM MARIS AEGAEI: AEGINAE CECRYPHALIAE EVBOEAE SAMOTHRACES THASI CHII SAMI AMORGI CEAE SIPHNI PARI NAXI MELI THERAE CALYMNAE RHODI CRETAE CYPRI.

351 *Aeginae* in parietibus sepulcri subterranei; apographa Logiotatides cum Gerhardo communicavit. Edidit Kirchhoff, Stud.[4] p. 101.

ΤΑϘΧΞΝΞΜ ΛΧΙΝΙΟΦ   ΕVΧVΜΛΧΟΣ ΝΛΙΙΛΙΟΦ

Μ[ε]νεκράτ[ης] Φοῖνιχ[ς]. Εὐ[ξ]ύμ[α]χος Φοῖ[ν]ι[ξ].

352 *Aeginae*, in montis, qui S. Eliae vel simpliciter τὸ ὄρος dicitur, parte septentrionali, priusquam ad summum montis culmen ascendas, est parva planities arte effecta, fulta muris e magnis saxis constructis. Eam nunc occupat aedicula Michaëlis archangeli, τοῦ ἁγίου ἀσωμάτου, ex antiquis lapidibus diligenter caesis aedificata, iam semiruta; ibi olim templum Dianae Aphaeae fuisse non sine causa suspicantur. Haud procul inter rudera inde devoluta iacet lapis 1.3 m. longus, 0.7 m. latus; superficiem excavatam circumdat margo editus, ad dextram 0.20 m., in caeteris partibus 0.07 m. latus. Quem lapidem qui viderunt alii aram esse censuerunt nixi eo, quod pars superior non librata est, sed paulum proclivis canaliculoque est instructa, ex quo aquam et sanguinem defluere potuisse putant; alii propter superficiem male levigatam aliquod anathema indicant impositum fuisse. Margo praebet inscriptionem, litteris 0.06—0.065 m. altis, profunde incisis; sed periit inscriptionis initium non parva marginis parte a canaliculo usque ad primam litteram servatam scalpro in altitudinem deminuta. Exscripsere undecim, quod sciam, viatores: 1) Fourmont, vide Osanni Syllogen II 86 p. 316; 2) Gell, vide C. I. G. 2138; 3) Stackelberg, der Apollotempel zu Bassae p. 107; 4) Mustoxides, Antholog. Ion. 1 p. 50 sq.; 5) Prokesch, vide Rangabé n. 33 et C. I. G. add. 2138; 6) Virlet, vide Blouet, expédition scientifique en Morée, tab. 46. 4; 7) Le Bas, voy. arch. tab. VI 5; 8) About, archives des missions scientifiques III p. 553; 9) Ross, ex cuius schedis ed. Schoene, Herm. V p. 308, cf. ibid. Hirschfeld p. 469 sqq.; nam in eis Rossii diariis, quae mihi licuit pervolvere, nullum huius tituli apographum exstat; 10) Hirschfeld, arch. Zeitung 1872 p. 19 sq. tab. 60. 4; 11) G. Koerte in schedis. Ectypo utor.



Var. lect. Ante ΚΟΛ in ectypo nihil certi dignoscitur; Fourmont praebet Ι, Gell Μ, Ross Ν. Mox inter Α et Σ Stackelberg Prokesch Ross Hirschfeld praebent Ι; Mustoxides Virlet Le Bas About Koerte hanc litteram omittunt, quia fissuram potius quam litteram hoc loco aspicere sibi videbantur; Fourmont et Gell Β et Ιϛ pro ΙΣ; ectypi ope hic destituti sumus. Reliqua sunt certa, etiam Λ (aliis Α) in voce ΗΑΒΛΙΟΝ et Μ (aliis ΑΛ seu ΑΔ) in voce ΗΑΛΤΙΜΟ. Post has litteras clarissimas nihil periit, ut errasse iudicandum sit eos, qui hoc loco litteras oculis se assequi existimabant: Gell Ι, Prokesch Σ, About Ν, Ross Σ.

[Τᾷ Θεᾷ τᾷ ἐν] Κωλιάδαις Ἀβλίων ἐποίησε Ἀλτίμου.

---


353 *Aeginae*, in sepulcro; litterae 0.02 m. altae. Rangabé n. 368.

ΘΕΟΙΣ
ΘΕΩΝΟΣ

Θεο[τέλης vel sim.] Θήρωνος. Vs. 2. Pro Θ postulaveris Θ; littera Ρ haud scio an typothetae vitio apud Rangabeum male expressa sit.

---

354 *Aeginae*, eodem loco quo titulus n. 352, in columna lapidea 1.5 m. long., 0.50 m. crass., quae, postquam a Finlaio a. 1831 e muro aediculae soluta est, diu prope iacebat humi, tum maceriae est inserta. Wordsworth, Athens and Attica, ed. sec., p. 275; Leake, transactions of the roy. soc. of lit. 1834 vol. II p. 380, usus Finlaii et Wordsworthi apographis; Mustoxides, Anthol. Ion. 1834 I p. 48 sq., Blouet, exp. scient. en Morée tom. III tab. 46. 5 ex Virleti apographo; Rangabé, n. 34 ex Prokeschii apographo; Boeckh, C. I. G. add. 2138*d* ex Transactionibus et Prokeschii apographo; Le Bas, voy. arch. tab. VI 6; About, archives des missions scient. tom. III p. 554; exscripsit Koerte. Repetimus titulum ex Le Basii opere.



Var. lect. Clausulam vs. 2, ubi Le Bas praebet ΑΤΟ, correxi ex aliis apographis; reliquam variae lectionis farraginem praetermitto. Boeckh ex litteris a Prokeschio datis exhibet quintum versum: — — — ΕΠΟΙΕΣΕ, nescio quo Prokeschii errore; nam certe in lapide non est.

Ὅς τόδ' ἄγαλμ' ἀνέθηκε, Φιλόστρατός ἐστ' ὄνυμ' αὐτῷ,
πατρὶ δὲ τῷ τήνου Δαμοφάων ὄνυμα.

355 Titulus *Aegineticus*. Basis albae marmoreae, Olympiae collocatae, 0.08 m. altae, in cuius superficie aeque olim titulus incisus erat, nobis servata sunt fragmenta duo, alterum *a* 0.22 m. long., 0.19 m. lat., repertum prope Heraeum, alterum *b* 0.16 m. long., 0.35 m. lat., repertum a templo Iovis ad orientem versus. Quum autem fragmentum *b* infra instructum sit margine eminenti, quo fragmentum *a* caret, apparet ea non ex eodem latere basis superesse et cursus inscriptionum fuisse fere hos ⊡. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII p. 161. Ectypon contuli.

a

ΔΑΣΑΝΕΘ

b

ΣΚΑΛΟΝΑ
ΝΑΙΜ

[Εἰκόνα ϝαλεῖος τάνδ' Ἀγι]αίδας ἀνέθ[ηκε]
[πὺξ παῖς νικάσα]ς καλὸν ἀ[γῶνα Διός].
[Σηράμβου τοῦ ἐν Αἰγ]ίνᾳ μ' ἐ[δοῦ ἐνθάδε ϝέργον].

9. 10 καταθεῖτο τῶν τᾶς πα[τρωιώχω, τὰ μ]ὲ[ν χρή]ματα ἐπὶ τᾷ πατρωιώχ-
11. 12 ῳ ἦμεν, ὁ δ' ἀποδόμενος ἢ καταθὶνς τῷ πριαμένῳ ἢ καταθε-
13. 14 μένῳ, αἴ κα νικαθῇ, διπλῇ καταστασεῖ· καὶ τί κ' ἄλλᾳ ἄτας ᾖ(?), τ-
15 ὸ ἁπλόον ἐπικαταστασεῖ.

Col. *c* 1. 2 [— σ]τέγαι μέν, αἴ κ' ῇ ἐν πόλι —
3. 4 — ι ἐν τᾷ στέγᾳ, τὸν δ' ἄλλο[ν —] vel τῶν δ' ἄλλω[ν —]
5. 6 [— ἄ]λλῳ ὀπυίε(θ)θαι τᾶς φυλᾶ[ς —]
7. 8 [— ἀ]ποδατεῖ(θ)θαι δὲ τῶν χρημάτ[ων —]
9. 10 — ἔστω παῖ(ς τᾷ?) πατρῳώχῳ —
11. 12 — ες τᾶς φυλᾶς ὀπυίε(θ)θ[αι —]
13. 14 — μή τι μ(έ)λῃ οἱ [ὀπυ]ίεν τ[ὰν πατρῳῶχον —].

Codex iuris hereditarii Gortyniorum. Col. *a*. Vs. 13. Terminatio acc. plur. III *ανς* in his antiquissimis titulis Creticis frequens ne in recentioribus quidem rara est, cf. *φοινίκανς* in titulo a Bergmanno (Brandenburgi 1861) edito vs. 23, *Κρηταιίανς* et *πάντανς* apud Waddingtonem in opere Le Basiano inter inscriptiones Cariae n. 383, *χαρίτανς* bull. de corr. hell. IV 1880 p. 352 vs. 23. Vs. 14. Ad vocem *υἱύς* cf. n. 54. — Col. *b*. Vs. 1 *ἐπιβάλλοντες* sunt propinqui; vss. 2. 9. 10 *πατρῳῶχος* filia heres, cf. *πατροῦχος* (quae forma haud scio an mendo antiquo orta sit ex *πατρωιοῦχος*) apud Herodotum VI 57 res Laconicas describentem, a quo illam vocem mutuati sunt lexicographi et grammatici; vs. 4 *μάτρωες* propinqui a matre; vss. 5. 12 *καταθίμεν* cautione accepta collocare, vss. 9. 12 *καταθί(θ)θαι* cautione data conducere, qua in re meminisse expedit ea, quae de Atheniensium more bona pupillorum collocandi et cautiones a conductoribus exigendi tradunt oratores et grammatici. Haec Gortyniorum lex cavet ut bona eius, qui moriens nullos liberos nisi filiam reliquerit, genti serventur. Quem ad finem vss. 1—7, si hoc loco sententiam legis assecutus sum, propinqui superstites illius, quos tutelam filiae heredis gerere consentaneum est, bona relicta — i. e. agrum domum supellectilem servos pecus naves alia, ex quibus et fructus percipiatur maior opus est opera atque cura, quam quae a filia herede praestari aut a tutoribus iure postulari possit — iubentur aut ipsi emere aut propinquis a matre cautione accepta collocare, ut futuro puellae marito serventur. Vs. 5 [ἆς κα], cf. n. 478. Vss. 8—14. Ne bona filiae heredis in perpetuum aut etiam in certum spatium in alienas manus perveniant, tutores aliis ea vendere aut collocare vetantur; si quis tutorum aliter fecerit, bona ab emptore aut conductore filiae heredi restituentur; illi autem, quod ex possessione aut conductione cedere cogetur, tutor, qui legem neglexerit, compensabit demum soluto — neque enim alia vis hic verbo *καθιστάναι* videtur posse subesse — duplici pretio aut cautione. Vs. 13 *αἴ κα νικαθῇ* sc. in iudicio, filia herede bona sua vindicante. Vs. 14 *ἀλλᾶ* i. q. *ἄλλως*, cf. n. 79 vs. 4, n. 321 vss. 46. 47; *τᾶς* i. q. *τίνος*, cf. *ἆς* n. 478, n. 480. Si quid interea immutatum erit, filia heres non modo rem immutatam, sed etiam insuper ab eo tutore, qui venditione aut locatione non legitima auctor damni factus erit, pretium, quod erat rei integrae, accipiet. Vs. 15. Alpha, quod cernitur ad sinistram eadem magnitudine qua reliquae litterae, aut initium est novi enuntiati aut index paragraphi; gamma quidem maius, quod est inter columnas *b* et *c*, hoc munere videtur fungi. — Col. *c*. Vs. 5 *ὀπυίε(θ)θαι* nubere, sc. filiam heredem; eadem igitur continuatur materia. Vs. 13 notabis S pro Ƨ.

476 Tabula marmoris paris 0.60 m. longa, 0.50 m. alta, *ibidem* reperta et muro molendini infixa. Ibi a. 1857 vidit Thénon et in museum publicum Parisinum detulit. Litterae 0.03 m. altae sunt, non multas ad dextram periisse affirmatur. Thénon, rev. arch. 1863 II p. 441 sqq. tab. XVI; Kirchhoff, Stud.[3] p. 62 sqq; Froehner, les inscriptions grecques du musée impérial du Louvre n. 93 p. 180; Savelsberg, de digammo p. 54 sqq.; Voretzsch, Jahrb. für class. Philol. 1869 p. 665 sqq., Savelsberg, ibid. p. 679 sqq., Bréal et Caillemer, journal des savants 1878 p. 496 et rev. arch. n. s. XIX (1878) p. 346 sqq., Bréal, comptes rendus de l'acad. des inscr. 1878 p. 139 sq., Caillemer, études sur les antiquités juridiques d'Athènes; le droit de succession légitime à Athènes, 1879 p. 130 sqq. Utor imagine photographica admodum luculenta.




Nota. Vs. 5 ea littera, quae est inter Ƨ et Ͻ, Brealio videbatur esse Ϙ, vix recte; etiam Haussoullier, qui denuo lapidem examinavit (bull. de corr. hell. IV 1880 p. 463 not.), agnovit Ϙ. Vs. 15 ΔΛƎ an ΔΔƎ?

1. 2 [. . . τ]ὸν ἀνφαντὸν καὶ μ[ὴ] ἐπάνα[κ]ον ἦμεν τίλλαν τ[ὰ (?) τ-]
3. 4 [ῶ ἀν]φαναμένω καὶ τὰ χρήματα ναιλι(Θ)Θαι (?) α(ἴ) τί κα κατα[λίπη-]
5. 6 [ι(?)ὁ ἀν]φανάμενος· πλωι (?) δὲ τὸν ἀνφαντὸμ μὴ ἐπεγκωρῆν. [Αἰ δὲ]
7. 8 [ἀπο]θάνοι ὁ ἀνφαντὸς γνήσια τέκνα μὴ καταλιπών, πὰρ τὸ[νς τ-]
9. 10 [ῶ ἀνφ]αναμένω ἐπιβαλλόντανς ἀνχωρῆν τὰ χρήματα. Αἰ δ[ὲ θέ-]
11. 12 [λοι] ὁ ἀνφανάμενος, ἀποϝειπάθθω κατ' ἀγοράν ἀπὸ τῶ λᾶ[ϝος],
13. 14 [ἀφ' ὦ ἀ]γορεύοντι, καταϝελμένων τῶν πολιατᾶν· ἀνθέμ[εν . .]
15. 16 [. . . ; σ]τατῆρανς ἐγ (vel ἐδ) δικαστ[ηρίω — — — — —]

Haec tabula superest ex eodem corpore iuris hereditarii atque n. 475. Ὁ ἀνφαντός (i. e. ἀναφαντός) est heres a testatore liberis orbo praeteritis propinquis pronuntiatione publica institutus, ὁ ἀνφανάμενος (i. e. ἀναφηνάμενος) est testator. Vss. 1—6. Videtur eiusmodi latere sententia, ut post mortem testatoris heredi instituto permittatur aut pecuniam ab illo debitam solvere et hereditatem adire (ἐπιχωρῆν) aut neutrum facere; sed obscuritate involvunt hanc paragraphum vs. 5 vox πλωι et vs. 4 infinitivus ναιλι(Θ)θαι; qui quamquam vix potest recte scriptus esse, tamen maiore cum probabilitate verba dividi videntur χρήματα ναι- quam χρήματ' ἀναι-, quoniam terminationes eorum nominum, quae flexionem admittunt, in soluta uratione antiquo tempore non solent elidi. In reliquis non est quod haereas: vs. 2 vocem ἐπάνακον pro ἐπάναγκες non inauditam esse probavit Savelsberg collato titulo Pergameno C. I. G. 3562; τίλλαν fuerit i. q. τελῶν; vs. 4 utrum legendum sit ἅ τί κα an omiserit scriba litteram ι ut n. 475*b* vs. 14, ubi errorem correxit, diiudicabitur, si infinitivus, qui praecedit, explanatus fuerit. Vss. 6—10. Statuitur, ut si heres institutus decesserit liberos legitimos non relinquens, hereditas recidat in propinquos testatoris; vss. 10—14, ut testatori, si velit, repudiare liceat heredem institutum in foro e lapide, ex quo orationes solent haberi, coram concione. Vs. 11 ἀποϝειπάθθω i. q. ἀπειπάσθω. Vs. 13. Perfectum καταϝελμένων fuerunt qui ductum esse putarent a κατα-ϝίλω, nescio quo iure arbitrati reduplicationem hic neglegi potuisse. Rectius fortasse καταϝελμένων flexum existimatur de κατ-αϝίλλω, cf. ἀολλής ἀλής ἀλίζω ἠλιαία.

---

477 Tabula marmoris paris, 0.305 m. alt., 0.245 m. lat., 0.21 m. crass., supra et ad sinistram integra; reperta est *ibidem* et deposita in molendino. Litterae profunde incisae sunt, sed minore diligentia quam n. 475; in sulcis litterarum haerent vestigia coloris rubri. Edidit Haussoullier, bull. de corr. hell. IV 1880 p. 463 sqq.




Vss. 1. 2 ἰδδέηται (pro ἐκδέηται?) τὸμ μὴ πρ-. Vss. 3. 4 μὸμ μὴ δεκίδδι(Θ)θ[αι]. Vss. 5. 6 [ϝε]καστω ἐπιβάλλει. Origo, crassitudo, scriptura, causa quae tractatur iudicialis probant titulum eiusdem collectionis legum hereditariarum fuisse partem atque n. 475 et n. 476. Quum versus ad dextram inter se cohaereant, non cohaereant ad sinistram et quum vs. 2 ante T spatium, quod Haussoullierio auctore sufficiebat ad unam litteram recipiendam, vacuum relictum sit, licet putare scripturam ea ratione, quam illustrat imago apposita, in quatuor lapidibus dispositam fuisse.



Casu igitur factum est, ut fractura ad dextram inter sex versus in quinque versuum extremos fines incideret.


478 Ad ruinas *Lytti*, supra portam domus in vico Xidhis. Spratt, travels and researches in Crete, I p. 98, et Babington ibidem II p. 418 n. 11, tab. I 11.



Procul dubio plura interierunt quam linea a Sprattio circumscripta videtur indicare. Pauca dispiciuntur, neque ea certo, adiuvante lectionem interpunctione ⁝, qualem habes etiam in titulis n. 64, n. 449, n. 479, n. 480. Vs. 1 ἆς κα [δ]ιδῶ[ι] vel [δ]ιδῶ[ντι], quamquam Cretensibus Ahrens II p. 200, nisus ille maxime Hesychii glossa: τάως· τέως, Κρῆτες, potius solutam formam ἄως addicit. Vs. 2 -αινεν vel -αν ἐν πεντ[ή]κο[ντα]. Vs. 3 αἰ σὺν τῷ [ἀ]δε[λφεῷ]. Vs. 4 [σ]ὺν τοῖσιν. Vs. 5 ῥήξωντι. Vs. 6 ἐφαγήσω[νται]. Vs. 8 -ωντι vel -οντι τρί[α]νς (= τρεῖς)? Vs. 9 αἰ δέ κα. Vs. 11 -άμενος. Vs. 12 -στέρω.


---

479 *Lytti*. Spratt l. l. I p. 98, Babington ibidem II p. 418 n. 12, tab. I 12.



Vs. 1 [δαμ]όσιοι vel [δαμ]οσίῳ.

480 *Axi* ad fontem in tabula nigra marmorea. Quum mulieres lintea super hunc lapidem dispessa inter lavandum tudibus pulsare soleant, litterae valde detritae lectuque difficiles sunt. Spratt l. l. II p. 77, Babington ibidem II p. 424 sq. n. 5, tab. II 5. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 64.



Lapis ad dextram aperte non parvam iacturam fecit. Vss. 2. 3 ἱαρὸ[νς τῶ Θ]εῶ, [α]ἰ κ[α] π[ρᾶ]τα πὰρ τὰν v. τᾶν. Vss. 4. 5 [στατῆ]ρα ἕν[α], αἰ ἤ τις [α]ὐτὸς δοίη [αἴ]τ' ὑπ' ἀνάνκ[ας — —]τέος. Vs. 6 [ἵνα σ]τα[τ]ῆρα καὶ(τ) τὰ νό[μ]ι[α, ἅς] κα. Vs. 7 καὶ τόκους τὰν (τᾶν) vel τόκω ἱστάν[α]ι. Vss. 8. 9 ποτῆν (?) ἆπερ (vel ἅπερ) τὸν (vel τῶν) — αἰ δ[ί] κ' ὁ σόο[ς] ἢ ἀπελῶ ἤ. Vs. 10 [ἐπ]ιβα(λ)(λ)όντα[ς]. Vs. 11 αὐτά. Vs. 12 [τ]ὶς διδῶ[τ]ι. Vs. 14 [δ]ύο [δ]ὲ στ[ατ]ῆρ[α]ς.

481 In pila, quam a. 1862 in *Cypri* insulae oppidulo, cui est nomen Athieno, prope Citium sito repperit M. de Vogüé; deinde in museum Parisinum illata est. Formatur duobus leonibus supra globum Aegyptium alatum inter se acclinatis. In altero latere plinthi incisus est titulus Graecus, in altero Cyprius. De Vogüé, revue arch. 1862 p. 247, journal Asiat. 1868 tab. III n. 1; Kirchhoff, Stud.[3] p. 46; M. Schmidt, Sammlung Kyprischer Inschriften tab. IX n. 9; Rodet, revue de philologie III p. 8, cuius exemplar repeto. Cf. praeterea Rob. Mowat, comptes rendus de l'académie des inscr. et b. l. 1878 p. 27.

ΚΑΡΥΞ ΕΜΙ

Κᾶρυξ ἠμί. His verbis notionem symboli hieratici, cui adscripta sunt, exprimi probabiliter conicitur.

XIX.

TITVLI ASIAE IONICAE

CVM INSCRIPTIONIBVS MERCENARIORVM PSAMMATICHI.

482 In *Nubia* ad locum *Abu-Simbel.* Inscriptiones *a—h* ante templum leguntur in crure sinistro colossi, qui ab oriente est secundus, *i* infra genu alterius colossi; his intermixtae sunt inscriptiones Phoeniciae, Caricae, recentiores Graecae. Titulum *a* ediderunt York et Leake, transactions of the roy. soc. of lit. T. I P. I Lond. 1827 p. 223 et inde Franz, C. I. G. 5126; titulos *a—i* Lepsius, Denkmäler aus Ägypten und Äthiopien tom. XII fasc. VI fol. 98 n. 515. 516. 517. 519. 528. 529. 530, fol. 99 n. 531. 534/6. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 34 sqq., F. Blass, Herm. XIII p. 381 sq., A. Wiedemann, Mus. Rhen. XXXV p. 364 sqq.

a

ΒΑΣΙΛΕΟΣΕΛΘΟΝΤΟΣΕΣΕΛΕΦΑΝΤΙΝΑΝΨΑΜΑΤΙΧΟ
ΤΑΥΤΑΕΓΡΑΨΑΝΤΟΙΣΥΝΨΑΜΜΑΤΙΧΟΙΤΟΙΘΕΟΚΛΟΣ
ΕΠΛΕΟΝΗΛΘΟΝΔΕΚΕΡΚΙΟΣΚΑΤΥΠΕΡΘΕΥΙΣΟΠΟΤΑΜΟΣ
ΑΝΙΗΑΛΟΓΛΟΣΟΣΔΗΧΕΠΟΤΑΣΙΜΤΟΑΙΓΥΠΤΙΟΣΔΕΑΜΑΣΙ
ΕΓΡΑΦΕΔΑΜΕΑΡΧΟΝΑΜΟΙΒΙΧΟΚΑΙΠΕΛΕΦΟΣΟΥΔΑΜ

b

ΕΓΕΣΙΒΥΣ ΟΤΗΙΟΣ

c

ΤΗΛΕΦΟΣΜΕΓΡΑΦΕΗΟΙΑΛΥΣΙΟΑ ... ΙΙΣ ΛΕΥ

d

ΠΥΘΟΝ ΑΜΟΙΒΙΧ

e

ΠΑΒΙΣ ΟϘΟΛΟΦΟΝΙΟΣ

ΣΥΝΨΑΜΜΑΤ

f

ΗΑΛΕΣ ΕΡΜΟ

g

ΠΑΣΙΦΟΝ ΟΙΠΠ ΟΥ

h

ΚΡΙΘΙΣ ΕΓΡΑΑΝ

i

ΗΟΜΛΥΣ ΟΒΗΟΚΑΒΑΣΙΑ

ΧΙΤΑΜΑΨΑΗ ... ΙΟΤΑΘΡΙΟ ΝΟΤΑΡΤΣΜΟΤΕΡΑΙΕΗΣΥΠ

Nota. Horum exemplarium sex *b c d e f g* aequant octavam partem, duo *a i* duodecimam partem verae magnitudinis; de titulo *h* non constat. Ex ectypis, quae mihi inspiciends liberaliter concessit Lepsius, annoto haec: *a.* Lineae latae atque profundae. Vs. 3. Linea obliqua, quae post ΚΑΤΥΠΕΡΘΕ exstat, in ectypo satis perspicua tribuenda videtur errori scribae, qui sinistrum crus litterae V incidere coeperit eo fastigio, quod proprium est dextro. Vs. 5 fin. ΟΥΔΑΜΟ certum est. — *b.* Sic tituli exemplar repraesentandum curavit Lepsius; post Β in ectypo nihil cognosco nisi lineam pronam; sed Lepsius, quum ipsum lapidem spectaret, in diario notavit ΕΛΕΣΙΒΙΟΣ; idem in tabula parva adiecta, quae monstrat titulorum in cruribus dispositionem, edidit ΕΛΕΣΙΒΙΟΣ. — *c.* Lineae tenues. — *d.* Litterae ΘΟ admodum parvae. — *e.* Litteram Λ, quam Lepsius praebet supra Τ, etiam in ectypo oculis percipere mihi visus sum. — *f.* Ectypum perobscurum. — *g.* Post ΠΠ nihil discerno. — *h.* Ectypum non vidi. — *i.* Post ΟΒ Lepsius Η, ectypum Β ni oculi me fallunt; mox litterae ΊΙΒ certae sunt; in fine Lepsius inter Τ et Μ non recte praebet ΕΙ pro Α; in extremo versu addidi Ͻ.

a Βασιλέος ἐλθόντος ἐς Ἐλεφαντίναν Ψαμ(μ)ατίχου
ταῦτα ἔγραψαν, τοὶ σὺν Ψαμματίχῳ τῷ Θεοκλ(έ)ος
ἔπλεον. ἦλθον δὲ Κέρκιος κατύπερθε, υἷς ὁ ποταμὸς
ἀνίη. ἀλ(λ)ογλώσ(σ)ους δ' ἦχε Ποτασιμτό, Αἰγυπτίους δὲ Ἄμασις.
ἔγραφε δ' ἀμὲ Ἄρχων Ἀμοιβίχου καὶ Πέλεκος Οὐδάμου.

Vs. 1. Psammatichum regem Wiedemann non accipiendum censet primum, hunc enim in has regiones pervenisse neque probari Herodoti (II 28. 30) testimonio fide parum digno neque omnino credi posse propter nomen eius nusquam Elephantinae aut Philis more principum Aegyptiorum inscriptum; sed indicari secundum, qui ab ineunte anno a Chr. n. 594 usque ad medium annum 589 regnaverit. Atque sane constat hunc Elephantinam venisse et insunt praeterea in his titulis quaedam res, quae in eum cadere videantur, cf. not. ad *g i.* Vs. 2. Hic Psammatichus dux Wiedemanno est idem, qui in titulo statuae Aegyptiae musei Parisini concepto primis annis Apriae, successoris Psammatichi secundi, vocatur Hor, cognomine Psemtek-mench praefectus Aegypti meridionalis et qui in titulo quodam Abusimbeliano Phoenicio dicitur dux Hor. Quae coniectura, quamvis blande in aures influat, tamen ea re refellitur, quod nostri Psammatichi patri est nomen Theocles, illius patri Aufrer; Wiedemann quidem etiam hanc dubitationem conatur tollere. Audi ipsum: „die Griechen setzten an Stelle von ägyptischen Eigennamen, die sie nicht aussprechen konnten oder mochten, andere, die bald an das Ägyptische anklingende reingriechische, bald solche mit ganz allgemeiner Bedeutung wie unser Theocles waren;" at neque in libro, quem Wiedemano in partes vocat (Brugsch, demotische Urkunden p. 33 sqq.), invenio exempla quibus Theocles cum Aufrero mutatus defendi possit, et omnino talis licentia nominis prorsus diversi supponendi supra fidem est. Vs. 3. Wiedemann suspicatur in lapide non ΚΕΡΚΙΟΣ sed ΚΕΡΤΙΟΣ legi, Kerti enim in scriptis Aegyptiis vocari fluvii spatium, quod est inter Elephantinam insulam et cataractam primam; at de lapide erravit, nam alterum Κ in ectypo est certissimum. Ibid. υἷς = quo, invenit Blass, collatis adverbiis υἷ εἷς πῦς, quae Doricis hominibus usitata erant. Vs. 4 ἀλ(λ)ογλώσ(σ)ους (item mox Αἰγυπτίους) δ' ἦχε et Πέτας Ἰωτου Blass; utramque lectionem et ipse inveneram atque illam quidem teneo, licet bis desideretur articulus τούς, hanc rursus reieceram in nomine barbaro acquiescendum ratus, cf. tit. *i.* Vs. 5. Ἀμοιβίχου i. e. ὁ Ἀμ. et Οὐδάμου i. e. ὁ Εὐδ. Blass; craseos opinio quum in voce Ἀμοιβίχου non pugnet cum usu dialecti Doridis (cf. n. 21), tum in voce Οὐδάμου diphthongum in credibilem modum explicat.

b Ἐλεσίβιος ὁ Τήϊος.

c Τήλεφός μ' ἔγραφε ὁ Ἰαλύσιο[ς — —].

d Πύθων Ἀμοιβίχ[ου].

e Πάβις ὁ Κολοφώνιος σὺν Ψαμματᾶ[ι]?

f Ἀγέσερμο[ς].

g Πασίδων ὁ Ἱππο-- vel ὁ ἱππο[νόμος], ἱππο[δρόμος], ἱππ[μαχος]

Pasidonem fuisse natione Phoenicem Wiedemann iudicat propter nomen ita formatum, ut Sidonio praemitteretur articulus Aegyptius pa; et fidem facit huic origini ascriptis aliis nominibus similiter compositis. Quum autem reliqui mercenariorum Phoeniciorum vernacula scriptura uterentur, hic miles eruditionis non expers Graecis litteris nomen suum insculpsit. De Semiticis Psammatichi II in hac expeditione auxiliaribus Wiedemann affert testimonium Aristeae (de legis div. translatione, ed. Schardius p. 4): ἤδη μὲν καὶ πρότερον ἱκανῶν εἰσεληλυθότων σὺν τῷ Πέρσῃ καὶ πρὸ τούτων ἑτέρων συμμαχιῶν ἐξαπεσταλμένων πρὸς τὸν τῶν Αἰθιόπων βασιλέα μάχεσθαι σὺν Ψαμμητίχῳ, qui intellegendus est secundus. Kirchhoff coniecerat Πασι[φ]ῶν, at δ est certum. Quodsi Pasidon est Phoenix, nomen patris eius vix potuit initium sumere ab Ἱππο-; itaque proposui ἱππο--.

h Κρῖθις ἔγρα[φε]ν.

i Ὀμγυσοίβ, ὅκα βασιλεὺς ἦ(λα? E)λασε τὸν στρατὸν [τ]ὸ πρᾶτο[ν ἐνθάδε, ἅμ]α Ψαμ(μ)ατίχω[ι ἦλθον]. Primum huc pervenisse regem dicit miles, quoniam neque Psammatichus I neque Necho superiores reges haec loca viserant.

483 Ad viam sacram, quae a portu Panormo *Didyma* ducebat, leonem marmoreum, cuius in tergo hic titulus exaratus est, Newton repperit et in museum Britannicum detulit. Litterarum multae temporis iniuria admodum detritae lectuque difficillimae sunt. Edidit C. T. Newton, transactions of the royal society of literature, nov. ser. VI a. 1859 p. 487, actt. menstr. acad. Berol. 1859 p. 660, history of discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae, tom. II p. 777 tab. XCVII 66. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 26. Exscripsi.

ΤΑΡΓΑΛΜΑΤΑΤΑΔΕΑΝΕΘΕΣΑΝΟΙΩΡ
ΣΒΛΑΟΟΙΒΧΡΑΒΤΣΕΔΙΑΠΣΟΝΟΙ
ΚΑΙΠΑΣΙΚΛΒΣΚΑΙΒΓΠΣΑΝΔΡΟΣΚΛΙΕΥ
ΑΙΟΤΜΒΤ ΙΕΔΣΟΕΙΙΞΑΝΑΙΑΚΣΟΙΒ
ΠΟΛΩΝΙ

Τὰ ἀγάλματα τάδε ἀνέθεσαν οἱ Ὠρίωνος παῖδες [τ]οῦ ἀρχηγοῦ, Θαλῆς καὶ Πασικλῆς καὶ Ἡγήσανδρος κ[α]ὶ Εὔβιος καὶ Ἀναξίλεως, δε[κα]την τῷ Ἀπόλ(λ)ωνι.

484 In basi ex lapide calcario *ibidem* reperta, quae ipsa quoque nunc in museo Britannico asservatur; altitudo lapidis est 0.45 m., latitudo 0.81 m., longitudo quae superest mutila 2.1 m.; titulus *a* nunc 1.23 m. longus in antica, *b* in postica parte legitur. Newton, transactions of the roy. soc. of lit., nov. ser. VI p. 487, actt. menstr. acad. Berol. 1859 p. 661, discoveries, tom. II p. 583 et 781, tab. XCVII 67. 68. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 26. Repraesento utrumque titulum ex Newtonis delineatione quae est in libro Discoveries; tituli *a* ectypum contuli.

a

ΟΙΑΝΑΞΙΜΑΝΔΡΟΠΑΙΔΕΣΤΟΜΑΝΔΡΟΜΑΧ
ΘΕΣΑΝ ΕΠΟΙΕΣΕΔΕΤΕΡΨΙΚΛΕΣ

b

ΝΑΞΙΜΑΝΔΡΟΠ

ΕΤΕΡΨΙΚΙ

a Οἱ Ἀναξιμάνδρου παῖδες τοῦ Μανδρομάχ[ου (nomina) τῷ Ἀπόλλωνι τὸ δεῖνα ἀνέ]θεσαν· ἐποίησε δὲ Τερψικλῆς.

b Fragmenta eiusdem inscriptionis repetitae.


485 In ancone sellae figurae sedentis *ibidem* repertae, tum in museum Britannicum illatae. Edidit Newton, actt. menstr. acad. Berol. 1859 p. 662, discoveries tom. II p. 783, tab. XCVII 71. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 25. Exscripsi.

Εὔδημός με ἐποίεεν.

---

486 In statua mulieris solio insidentis, quae *ibidem* reperta est; dextrum sedis latus continet titulum. Ille ter exscriptus est: unum apographum exstat in Antiquitatum Ionicarum editione altera, tom. I in tab. ad init. cap. III p. 29 (Lond. 1821), unde deprompsit Rose, inscrr. Gr. vet. p. 23 tab. III 4 (vide infra *a*). Alterum confecit Cockerell, quod expressit idem Rose l. l. (vide infra *b*). Tertium est Gellii varie repraesentatum a Leakio, journal of a tour in Asia minor, p. 240 (vide infra *c*), a Rosio l. l. (vide infra *d*), ab O. Muellero quum in Boettigeri Amaltheae tomo III p. 40 typis recentibus tum in eo exemplari (vide infra *e*), quod sibi missum Boeckh paucis lineolis ex Rosii apographo correctis exprimendum curavit, C. I. G. 39, cf. praef. p. XXVI sq. Frustra nuper quaesivit monumentum Newton, quum illas regiones accuratissime perscrutaretur. Cf. praeterea Kirchhoff, Stud.[3] p. 25.

a *b* *c*



d *e*

[Ἑρ]μησιάναξ ἡμέας ἀνέθηκεν [ὁ --]ιδεω τὠπόλλωνι. Kirchhoff: [ὁ Ἀπ]ολ(λ)[ων]ίδεω; paulo propius ad lineolas traditas accedunt [ὁ Εὔμ]ολ[π]ίδεω vel [ὁ Τ]ολ[μ]ίδεω.

---

487 Haud procul a *Didymis*, ad viam sacram prope vicum, cui nunc nomen est Ohra, ex crure statuae descripsit comes de Aberdeen; inde duo verba publici iuris fecit Walpole, memoirs relating to european and asiatic Turkey, p. 458 IX; repetiit Boeckh C. I. G. 2861. Newtonis beneficio fit, ut ipso comitis de Aberdeen diario inspecto titulum iam pleniorem praebere possim.

— τοὺς ἀν[δ]ριάντ[ας — — Λα]τμιοι ἀν[έθε]σα[ν νίας τρεῖς Κερ]αμίας Δυ[μ]ίων σ[υλήσαντ]ε[ς], vel simile quid.

488 In sella figurae sedentis prope *Didyma* ad viam sacram repertae, quae nunc in museo Britannico servatur. Versus prior in eo anticae partis margine, qui aspectanti laevus est, litteris sinistrorsum versis ab imo sursum currit, versus alter in vicino margine lateris laevi, litteris dextrorsum spectantibus a summo deorsum pertinet. Edidit Newton, transactions VI p. 487, actt. menstr. acad. Berol. 1859 p. 661, discoveries tom. II p. 784 tab. LXXIV et XCVII 72. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 17 sq. Exscripsi titulum e marmore et ectypon gypseum contuli, quod est in museo Berolinensi.


ΣΟΧϘΑΣΗΣΟΙΧΙΕΤΣΟΙΣΕΤΚΟΙΜΙΕΣΗϘΑΧ
ΑΓΑΓ . . . ΑΤΟΑΠΟΛΛΩΝΟΣ

Χάρης εἰμὶ ὁ Κλείσιος Τειχιούσ(σ)ης ἀρχός, ἄγαλμα τοῦ Ἀπόλλωνος.

---

489 *Didymis* prope parietinas templi in vico hodierno Γέροντας lapis truncus muro domus insertus; litterae 0.02 m. altae sunt. Post Rossium, cuius apographum a. 1840 confectum excusum est in Archaeol. Aufs. II p. 660, exscripserunt et ediderunt Le Bas, voy. arch. III n. 221 tab. V 5, et Newton, discoveries tom. II p. 782 tab. XCVII 70; cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 16. Exprimimus *a* Rossii apographum, quod ex eius diario depromimus, *b* exemplum quod apud Le Basium est typis excusum, *c* exemplum quod apud eundem exstat aeri incisum, *d* Newtonis delineationem ex eius notis, disc. II p. 783, correctam.

a



b

ΘVΟΤΞΙΠ/
ΔΕΕΠΕΡΔΙ
ΞΙΟΠΝΟΙ
ΟΙΠΑΤΕΡΕΣ

c

ΘVΟΤΞΙΠ/
ΔΕΕΠΕΝΔΙ
ΞΙΟΠΝΟΙ
ΟΙΠΑΤΕDΕΣ

d



— — —
. . φστοιφ ⏓ — ⏓ — ⏓ δ(ὲ) εἶπε(ν) δί[κ]αιον
παισὶν — ⏓ — — ⏑⏑ ὡς πατέρες.


---

490 Lapis in vico Γέροντας (*Didymis*) ad viam sacram parieti domus infixus. Listovii, qui primus repperit, apographum expressit Ussing, actt. acad. Havn. tom. II graeske og latinske Indskrifter p. 36 n. 4. Iterum examinavit lapidem Newton, discov. tom. II p. 787 n. 72*a*. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 15 sq.

Listov:	*Newton:*
ΙΣΤΙΑ	..ΙΤΞΙ
ΩΤΞΧΗ	ΗΚΣΤΩ
ΓΟΛΛΩ	ΩΛΛΟΠ

Ἱστια[ῖος ἀνέθ]ηκε τὠπόλλω[νι].

491 Marmor 0.5 m. altum, 0.65 m. latum, supra detruncatum, repertum a. 1874 in parietinis *Cyzici*, postmodo Constantinopolim in museum societatis Graecae philologicae delatum. Titulos illud marmor gerit duos: alterum antiquissimum mutilum scriptum litteris 0.025—0.035 m. altis, alterum recentiorem integrum litteris 0.015 m. altis. Infra, ubi lapis titulum recentem recepit, superficies paululum, c. 0.005 m., recedit, proinde ac si haec pars lapidis olim ita fabricata sit eo consilio, ut terra obrueretur. Edidit I. H. Mordtmann, Herm. XV p. 92 sqq. Utor ectypo.



Nota. Tit. *B.* Vs. 2 littera laesa quin fuerit Η, vix dubium est. Vs. 3 ΑΤΕΔΕΙΗΝ sic. Vs. 4 fin. sic in lapide; post Ο nihil videtur scriptum fuisse.

A. [— — τὴν δὲ στή]λην τήνδε πόλις Μάνη ἔδωκε τῷ Μεδίκ[εω].

B. Ἐπὶ Μαιανδρίου πόλις Μηδίκεω καὶ τοῖσιν Αἰσήπου παισὶν καὶ τοῖσιν ἐκγόνοισιν ἀτεδείην καὶ πρυτανεῖον δίδοται, παρὲξ ναυ..ο καὶ τοῦ ταλάντου καὶ ἱππωνίης καὶ τῆς τετάρτης καὶ ἀνδραποδωνίης· τῶν δὲ ἄλλων πάντων ἀτελέε. καὶ ἐπὶ τούτοισιν δῆμος ὅρκιον ἔταμον, τὴν δὲ στήλην τήνδε πόλις [Μα]νη ἔδ[ω]κ[ε] τῷ Μηδίκεω.

Titulum *A* satis vetustum, ex quo nunc duo versus decurtati supersunt, quinque fere saeculis postquam scriptus erat, ii, quorum intererat haec iura ab oblivione vindicare, in imo lapide repetendum curaverunt ea scriptura, qua id aetatis homines consueti erant. At repetitus est parum accurate. Vs. 2 post vocem πόλις deest Μάνη τῷ vel sim. Ibidem male ΜΗΔΙΚΕΩ, cf. tit. *A* vs. 2. Vs. 3 ΑΤΕΔΕΙΗΝ, in tit. *A* fuit ΑΤΕΛΕΙΗΝ. Vs. 4 ΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ, in tit. *A* haud dubie ΠΡΥΤΑΝΗΙΟΝ. Ibid. ΔΕΔΟΤΑΙ pro ΔΕΔΩΚΕ. Ibid. fin. lapicida recentior, quum scripturam antiquam laesam non intellegeret, satis habuit lineas et puncta, quae oculis usurpare sibi videbatur, imitari; haud scio an in tit. *A* fuerit ΝΑΥΠΗΓΙΟ. Vs. 7 ΑΤΕΛΕΣ pro ΑΤΕΛΕΑΣ, praeterea infinitivus ΕΙΝΑΙ omissus est. Vs. 8 post ΔΗΜΟΣ deest ΚΑΙΑΡΙΣΤΕΕΣ vel. sim. Vs. 10 ΜΗΔΙΚΕΩ pro ΜΕΔΙΚΕΩ.

Optimates a plebe expulsi, quum revertissent et cum plebe in gratiam redirent, videntur effecisse, ut universa civitas, πόλις, liberis et posteris duorum virorum, Medicae et Aesepi, qui nobilium partes secuti in his tumultibus mortem occubuerant, immunitates praecipuas daret; quae condicio in iusiurandum, quod utrique in foedere icendo iuraverunt, est recepta.

Tit. *A* vs. 2. Μάνης, nomen Phrygium et Paphlagonium, cf. Strab. VII p. 304, XII p. 553, praeterea Μανία — ὄνομα φρυγιακόν, apud Machonem in Athen. Deipn. p. 578 *b*; de praetermissione iota subscripti, quam etiam recentior scriba imitatus est, cf. not ad n. 382. — Tit. *B* vss. 1. 2. Nomen Maeandrii convenit archonti eponymo coloniae Milesiae; item Cyziceno nomen Aesepi, quod etiam fluminí est urbi propinquo. Vss. 3. 4 πρυτανήιον breviter dictum erat pro σίτησιν ἐν πρυτανηίῳ. Vss. 4. 5 ναυπήγιον et τάλαντον eis pendenda erant, qui navali et libra publica uti volebant. Vss. 5. 6 ἱππωνίη et ἀνδραποδωνίη vectigalia in emptione equorum et servorum solvenda.

492 Marmor alt. 2.31 m., lat. in basi 0.48 m., in fastigio 0.46 m., crass. in basi 0.27 m., in fastigio 0.13 m. In summo lapide propius marginem anticum quam posticum incisum est foramen c. 0.08 m. long., 0.06 m. lat., 0.06 m. alt. Versus primus a summo margine distat 0.47 m., versus ultimus ab imo margine 0.69 m.; litterae sunt 0.03 — 0.04 m. altae. Superiorem lapidis partem 0.42 m. a margine superiore et inferiorem 0.59 m. a margine inferiore olim pictas fuisse colligi potest ex superficie in illis partibus optime servata. Quae inter has est media pars lapidis lineis transversis (Loeschckio visis, quum meos oculos fugerint) in sex spatia aequalia c. 0.21 m. divisa est: prima linea est paulo supra tit. *a*, secunda inter tit. *a* vss. 3 et 4, tertia inter tit. *a* vss. 7 et 8, quarta infra tit. *a*, quinta inter tit. *b* vss. 2 et 3, sexta inter tit. *b* vss. 7 et 8, septima paulo infra tit. *b*. Tribus a Sigeo promontorio miliariis, quo loco olim oppidum *Sigeum* stetit, repperit Sherard hunc lapidem, qui Graeculis villae pauperculae, quam Turcis primum Ienibissar, mox Gaurkioi nominasse placuit, sedili olim fuit ante templi fores otiantibus: ex quo inscriptiones transcripserunt Homerus Graecus, interpres, cui id negotii Sherard mandaverat, et Sam. Lisle ac deinceps Bern. Mould Britanni; ex his apographis edidit Chishull in libello: inscr. Sigea, Lond. 1721 et Lugd. Bat. 1727, et in Antiqq. Asiat. p. 1 sqq. Exemplar, quod ex Mouldii apographo exscripserat, van der Horst donavit Dukero et ex huius schedis excudit Hessel, append. praef. ad inscrr. Gud. XXVIII. Ex Revetti deinde delineatione dedit Chandler, inscrr. antiqu. 1774 P. I p. 3. Qui post hos editores titulum ex illorum libris repetiverunt et explicare studuerunt, omnes enumerare non attinet. Lapis, qui per ultima saeculi XVIII decennia a sedentibus admodum detritus erat, circa annum 1799 Elgino auctore a praefectis militum Britannicorum in museum Britannicum deportatus est. Boeckh, C. I. G. 8 et add., G. Hermann, über Boeckhs Behandlung der griechischen Inschriften, p. 21, p. 37 sq., p. 190 sqq., Kirchhoff, Stud.[3] p. 19 sqq., Loeschcke, Mittheil. des deutschen arch. Inst. in Athen IV p. 297 sq. Sequor Revetti delineationem, quae est apud Chandlerum, adhibito ectypo et forma lapidis, quem dimensus sum, rectius repraesentata.

(*Textum vide pag. 134.*)

Nota. *a* vs. 6 interpunctionem et *b* vs. 7 tertium punctum interpunctionis ex ectypo addidi. Variarum lectionum digna, quae ascribatur, nulla nisi haec videtur esse: vs. 2 Chishull, inscr. Sig., 4 pro 1. — Ectypum praebet litteras plerasque in marginibus lapidis, et in sinistro et in dextro, satis perspicuas, quum eae quae in medio lapide fuerunt evanuerint. Inter formas notabiles vox Συκεεῦσιν *a* vss. 11. 12 in ectypo non potest cerni, vox Σιγευεῦσι *b* vss. 6. 7 videtur certa.

a Φανοδίκου εἰμὶ τοὐρμοκράτεος τοῦ Προκοννησίου· κρητῆρα δὲ καὶ ὑποκρητήριον καὶ ἡ[θ]μὸν ἐς πρυτανήιον ἔδωκεν Συκεεῦσιν.

b Φανοδίκου εἰμὶ τοῦ Ἑρμοκράτους τοῦ Προκον(ν)ησίου· κἀγὼ κρατῆρα κἀπίστατον καὶ ἠθμὸν εἰς πρυτανεῖον ἔδωκα μνῆμα Σιγευεῦσι. Ἐὰν δέ τι πάσχω, μελεδαίνειν με, ὦ Σιγειῆς. Καί μ' ἐπο(ί)ησεν Αἴσωπος καὶ ἀδελφοί.



Lapidem oculis collustrans multo angustiorem esse intellexi quam qui protomen lapide sculptam aut craterem et basim crateris et colum sustineret, sed esse forma prorsus pari cippo sepulcrali. Eandem opinionem video etiam Loeschckium animo imbibisse, praeterea monentem foramini insertum fuisse aëtoma ornatum, quale proprium est cippis eius generis. Quodsi tituli sunt sepulcrales, ad eos explicandos hac fere opus est sumptione: Phanodicus, qui Proconneso fugerat et Sigei, quod oppidum tum Athenienses tenebant, inquilinus habitabat, ut Sigeensium voluntatem sibi vivo et mortuo conciliaret, iis in usum senatorum donavit craterem et basim crateris et colum. Qui quum mortuus esset, uxor vel filius cippum pictura ornatum, aëtomata et basi instructum per complures artifices inter se propinquitate et fabrica coniunctos conficiendum curaverunt et titulum, qui mortui nomen et patriam et in Sigeenses merita praedicaret, Ionice et Attice iusserunt inscribi. Itaque titulus Ionicus *a* a Phanodici propinquis conceptus et versio eius Attica, *b* vss. 1—7, ab artificibus Atticis composita congruunt argumento, differunt scriptura flexione vocabulis; quod vero praeterea in hac scriptum est κἀγὼ pro δὲ et ἔδωκα pro ἔδωκεν et additum est μνῆμα, hanc discrepantiam nolo abstrusioribus causis explicare, sed arbitrio artificum tribuo. Propinquorum autem iussu titulo Attico subiecerunt additamentum, quo Sigeenses monerentur, ut monumento, si quid ei accidisset, consulerent; quae admonitio, quippe quae Atticos homines alloqueretur, Attico sermone composita est et in Ionico titulo *a* potuit omitti; opus autem ea videtur fuisse, quia verendum erat, ne violaretur sepulcrum peregrini oriundi ex civitate Sigeensibus fortasse inimica; similis memoria beneficiorum et petitio tutelae in inscriptionibus recentioribus non est rara, cf. C. I. G. 2826. 3754. 3916. 3919. 9546. Denique artifices Attici Attice suum titulum subiunxerunt, in quo per imprudentiam in voce ἐποίησεν duas litteras transposuerunt. Sic eodem tempore hi duo tituli incisi sunt iis locis lapidis eaque magnitudine litterarum, ut a praetereuntibus facile legi possent; sed Atticus exaratus est litteris paulo minoribus et artioribus, aut ut aequabilitatem servaret totidem versus occupans quot Ionicus, aut potius quia ab alio illorum artificum scriptus est; eodem pertinent quaedam differentiae in ductu litterarum.

---

493 In columnarum toris mutilis ex marmore subrubro sculptis, quos *Ephesi* repertos in museum Britannicum detulit Wood. Exscripsi. Ob formam lapidum diversam non licet haec fragmenta inter se coniungere.

ΑΝ

ΚΡ

ΕΛ

ΒΑ

ΘΗΚ

ἀν[έθηκε] [ἀνέθηκ]εν [ἀνέθ]ηκ[ε].

494 *Erythris*, in lapide rubro, 2 spitham. alt., 4 spith. lat., 1 spith. crass. Ex Spyridonis Soteropuli praeceptoris apographo et ectypo titulus editus est in libro *μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς. περίοδος τρίτη* 1878/79 *καὶ* 1879/80, *ἐν Σμύρνῃ* 1880, p. 148, typis minusculis.

Ἀριστοκλέο[ς]
γυναικὸς
τοῦ Τηλεφάνεος
Ἑκαταίης τῆς
Λεωνίδεω.

Nota. Forma litterarum ΝΣV.

---

495 In marmore 0.46 m. alt., 0.31 m. long., 0.20 m. crass., quod *Erythris* delatum est in museum Smyrnaeum; litterarum altitudo 0.035 m. Editus est titulus in libro *μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς, περίοδος δευτέρα*, 1878 *ἐν Σμύρνῃ*, p. 60. Cf. Kaibel, mus. Rhen. XXXIV p. 183 n. 229*a*. Sequimur Lollingii apographum.

ΙΤΟΣΕΣ..
ΜΑΡΜΗΤΗ
ΡΕΠΕΘΗΚ
ΕΘΑΝΟΝ
ΤΙ⁝ΦΑΝΟΚ
ΡΙΤΗΠΑΙΔΙ
ΧΑΡΙΖΟΜ
ΕΝΗ

— — τόδε σ[ῆ]μα μήτηρ ἐπέθηκε θανόντι Φανο[κ]ρίτη παιδὶ χαριζομένη.
Voluit, ni fallor, Phanocrita versus pangere hos:
— ⏑⏑ — ⏑⏑ — τόδε σῆμ' ἐπέθηκε θανόντι
Φανοκρίτη μήτηρ παιδὶ χαριζομένη,
quos turbavit lapicida transposita voce μήτηρ.

---

496 In gutto parvo vitreo caeruleo forma delphini; *Camiri* repertus venit in museum Britannicum. Circum os vasis scriptus est titulus litteris incisis. Edidit Hirschfeld, arch. Zeitung 1873 p. 108; cf. Kirchhoff, Stud.[4] p. 42 sq. Exscripsi.

ΠΥΘΕϜΩϜΕΜΙ

Πυθέω εἰμί. Pytheae sum, hominis Ionici.

---

497 Hae Teiorum dirae in vicinis *Tei* inter sepulcreta Turcica ad oppidulum Eraki octo horis a Smyrna distans, una hora a Sigazik, extra viam eo ducentem litteris male incisis perscriptae sunt in stelis, ut videtur, duabus (cf. *B* vs. 35 τὰς στήλας). quas Sherard, qui bis a. 1709 et 1716 exscripsit, in apographo coniunxit ordine inverso. Huius et Samuelis Lisle, qui eodem anno 1716 lapidi operam dedit, apographis usus titulum edidit Chishull, Antiqq. Asiat. p. 96 sqq.; variam lectionem ex Sherardianis p. 44 in Boeckhii usum enotavit O. Mueller. Eius stelae, quae infra signatur littera *A*, praeterea exstant apographa tria: unum (vss. 1—8) Hochepiedi, quod ab illo accepit Duker et ex Dukeri schedis habet Hessel, append. praefat. ad inscrr. Gud. n. 2; alterum (vss. 1—8) in append. cod. Askevii II (ex cod. Chish. II, 75), quod exscripsit O. Mueller; tertium (vss. 1—12) Le Basii, voy. arch. III n. 59. Totam inscriptionem post Chishullum edidit et interpretatus est Boeckh, C. I. G. 3044; cf. Kirchhoff, Stud.[4] p. 12 sq.

Praebemus titulum *A* ex fide apographi Le Basiani, titulum *B* ex libro Chishullii correctis formis litterarum. Quibus in exprimendis paulo diligentior quam reliqui, qui saeculo XVIII titulum exscripserunt, fuit Sherard, qui praebet ΝΠΣ; in his congruit editio Le Basiana, quae praeterea suppeditat litteras Μ et Ξ. Sherardianam autem litteram ⊕ recentiori formae Θ fas erat cedere, non tam propter reliquorum apographorum consensum, quam quia Waddington, explic. p. 28, inspecto ectypo hanc testatur: la pierre porte partout Θ et non ⊕.

A
ΟΣΤΙΣ:ΦΑΡΜΑΚΑ:ΔΗΛΗΤΗ
ΡΙΑ:ΠΟΙΟΙ:ΕΠΙΤΗΙΟΙΣΙ
Ν:ΤΟΞΥΝΟΝ:ΗΕΠΙΔΙΩΤΗΙ:Κ
ΕΝΟΝ:ΑΠΟΛΛΥΣΘΑΙ:ΚΑΙΑ
ΥΤΟΝ:ΚΑΙΓΕΝΟΣ:ΤΟΚΕΝΟ:
ΟΣΤΙΣ:ΕΣΓΗΝ:ΤΗΝΤΗΙΗΝ:Κ
ΩΛΥΟΙ:ΣΙΤΟΝ:ΕΣΑΓΕΣΘΑΙ:
ΗΤΕΧΝΗΙ:ΗΜΗΧΑΝΗΙ:ΗΚΑΤ
ΑΘΑΛΑΣΣΑΝ:ΗΚΑΤΗΠΕΙΡΟ
Ν:ΗΕΣΑΧΘΕΝΤΑ:ΑΝΩΘΕΟΙΗ:ΚΕΝ
ΟΝ:ΑΠΟΛΛΥΣΘΑΙ:ΚΑΙΑΥΤ
ΟΝ:ΚΑΙΓΕΝΟΣ:ΤΟΚΕΝΟ

B
. . ΑΠΟΝΟΣ..........
ΞΥΟΙ:ΕΝΑΥΤΩΙ........
ΟΣΤΙΣ:ΤΗΙΩΝ:Ε..ΥΝΩΙ
ΗΑΙΣΥ.ΝΗΤΗΙ:....ΗΙ:Η
ΕΠΑΝΙΣΤΑΙΤΟ:ΗΔΙ...
ΧΗΤΑΙ:ΑΠΟΛΛΥΣΘΑΙ:ΚΑΙ
ΑΥΤΟΝ:ΚΑΙΓΕΝΟΣ:ΤΟΚΕΙΝ
Ο:ΟΣΤΙΣ:ΤΟΛΟΙΠΟ:ΑΙΣΥΜ
ΝΩΙ:ΕΝΤΕΩΙ:ΗΓΗΙ:ΤΗΙΤΗ
ΙΗΙ:....ΟΣΑΝ:Κ.ΣΑ..Τ
ΕΝΕΙ:...ΑΡΟΝ:ΝΑ...
ΩΣ:ΠΡΟΔΟ.....ΤΗ.ΠΟ
Λ.........ΤΗΝΤΗΙ
ΩΝ:ΗΤΟ..ΑΝΔΡΑΣ...
ΗΣΩΙ:ΗΘΑ........ΤΟ
ΜΕΤΕ.........ΕΝ
ΑΡΟ.ΗΙ:ΠΕΡΙΓ.......
...ΝΟ:ΠΡΟΔΟ.........
ΛΛΕΥΟΙ:ΗΚΙΞΑΛΛΑΣ:ΥΠΟ
ΔΕΧΟΙΤΟ:ΗΛΗΙΖΟΙΤΟ:ΗΛ
ΗΙΣΤΑΣ:ΥΠΟΔΕΧΟΙΤΟ:ΕΙ
ΔΩΣ:ΕΚΓΗΣ:ΤΗΣΤΗΙΗΣ:Η·
ΛΛΑΤΗΣ:ΦΕΡΟΝΤΑΣ:Η···
ΑΚΟΝ:ΒΟΛΕΥΟΙ:ΠΕΡΙΤ··
ΩΝ:ΤΟΞΥΝΟ:ΕΙΔΩΣ:ΗΠ···
ΕΛΛΗΝΑΣ:ΗΠΡΟΣΒΑΡΒΑΡΟ
ΥΣ:ΑΠΟΛΛΥΣΘΑΙ:ΚΑΙΑΥ
ΤΟΝ:ΚΑΙΓΕΝΟΣ:ΤΟΚΕΝΟ:
ΟΙΤΙΝΕΣ:ΤΙΜΟΧΕΟΝΤΕΣ:
ΤΗΝΕΠΑΡΗΝ:ΜΗΠΟΙΗΣΕΑ
Ν:ΕΠΙΔΥΝΑΜΕΙ:ΚΑΘΗΜΕΝ
Ο:ΤΩΓΩΝΟΣ:ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟ
ΙΣΙΝ:ΚΑΙΗΡΑΚΛΙΟΙΣΙΝ:
ΚΑΙΔΙΟΙΣΙΝ:ΕΝΤΗΠΑΡΗ
Ι:ΕΧΕΣΘΑΙ:ΟΣΑΝΤΑΣ·ΤΗΛ
ΑΣ:ΕΝΗΙΣΙΝ:ΗΠΑΡΗ:ΓΕΓΡ
ΑΠΤΑΙ:ΗΚΑΤΑΞΕΙ:ΗΦΟΙΝ
ΙΚΗΙΑ:ΕΚΚΟΨΕ:ΠΗΑΦΑΝΕ
ΑΣ:ΠΟΙΗΣΕΙ:ΚΕΝΟΝ:ΑΠΟΛ
ΛΥΣΘΑΙ:ΚΑΙΑΥΤΟΝ:ΚΑΙΓ
ΕΝΟΣ

Varia lectio. Tit. *A.* In erroribus Askev. Hochep. Sherard. non moror. Vs. 10 fin. Chish. ΚΕΝ omittit; vs. 11 init. Chish. ΟΝ omittit; vs. 11 fin. Chish. ΑΥΤΟΝ:Κ; vs. 12 Chish. ΟΝΚ omittit; ibid. fin. ΤΟΕΚΕΙΝΟ. — Tit. *B.* Varia lectio Sherardiana deperditis Muelleri schedis ex Boeckhii textu et notis depromenda est. Vs. 3 Α..ΥΝΩΙ; vs. 4 ΗΑΡΣΥΝΗΤΗΙ:....Η:Η; vs. 5 Ο:Ι⊲ΙΑΙ; vs. 6 ΝΜΙΗΙ; vs. 8 ΑΚΕΥΜ; vs. 9 ΕΝΤΕΑΙ:ΗΓΗΙ:ΤΗ (puncta post ΓΗΙ in Chishullii textu operarum vitio omissa ex Corrigendis recepi); vs. 10 ΙΝ:...; vs. 12 ΩΣ:ΓΡΟΔΟΚΕΝ:ΤΗΑΓΟ; vs. 13 init. ΛΗ; vs. 15 ΗΣΩ:; vs. 17 ΟΔΗ et in fine ΓΟ; vs. 18 init. ΛΟΙ pro... et in fine ΔΟ:; vs. 19 Ι pro Η; vs. 20 ΔΕΧΟΜΟ; vs. 23 ΑΛΑΤΗΣ quod Chish. minoribus litteris scripsit tanquam incertum, diserte est ap. Sher.; vs. 24 fin. Τ.Ν; vs. 25 ΞΥΝΩ; vs. 28 ΚΕΝΟΣ; vs. 29 ΤΙΜΟ.Χ; vs. 33 ΗΡΑΚΛΕΟΥΣΙΝ; vs. 35 ΤΑΣ ΤΗΑ; vs. 36 ΕΝ. ΗΙΣΙΝΗΓΑΡΝ:

A

Ὅστις φάρμακα δηλητή-
ρια ποιοῖ ἐπὶ Τηΐοισι-
ν, τὸ ξυνὸν ἢ ἐπ' ἰδιώτῃ, κ-
εῖνον ἀπόλλυσθαι καὶ α-
ὐτὸν καὶ γένος τὸ κείνου.
Ὅστις ἐς γῆν τὴν Τηΐην κ-
ωλύοι σῖτον ἐσάγεσθαι,
ἢ τέχνῃ ἢ μηχανῇ, ἢ κατ-
ὰ θάλασσαν ἢ κατ' ἤπειρο-
ν, ἢ ἐσαχθέντα ἀνωθοίη, κεῖν-
ον ἀπόλλυσθαι καὶ αὐτ-
ὸν καὶ γένος τὸ κείνου.

B

— ἀπὸ νόσ[ου?] —
-ύοι ἐν αὐτῷ — —
Ὅστις Τηΐων ε[ὐθ]ύνῳ
ἢ αἰσυ[μ]νήτῃ [ἀπειθοί]η, ἢ
ἐπανισταῖτο [τῷ]ι αἰ[συμ-]
νήτῃ, ἀπόλλυσθαι καὶ
αὐτὸν καὶ γένος τὸ κείν-
ου. Ὅστις τοῦ λοιποῦ αἰσυμ-
νῶ[ν] ἐν Τέῳ ἢ γῇ τῇ Τη-
ΐῃ — — — —

— — — — —
ὰς (α...ας) προδο... τὴ[ν] πό-
λ[ιν καὶ γῆν] τὴν Τηΐ-
ων, ἢ τοὺ[ς] ἄνδρας [ἐν ν]-
ήσῳ ἢ θα[λάσσῃ ἢ] τὸ[ν]
μετ[έπειτα? —] ἐν
Ἀροί[η]ν περιπ[ολεύοντας]
λε[ι]ω̃ (?), προδο[ίη, ἢ κιξα-]
λλεύοι ἢ κιξάλλας ὑπο-
δέχοιτο ἢ λῃίζοιτο ἢ λ-
ῃιστὰς ὑποδέχοιτο εἰ-
δὼς ἐκ γῆς τῆς Τηΐης ἢ [θ-]
αλά[σσ]ης φέροντας ἢ [τι κ-]
ακὸν βουλεύοι περὶ Τ[ηΐ-]
ων τοῦ ξυνοῦ εἰδὼς ἢ π[ρὸς]
Ἕλληνας ἢ πρὸς βαρβάρου-
(del. Υ) ς, ἀπόλλυσθαι καὶ αὐ-
τὸν καὶ γένος τὸ κείνου.
Οἵτινες τιμουχέοντες
τὴν ἐπαρὴν μὴ ποιήσεια-
ν ἐπὶ δυνάμει, καθημέν-
ου τὠγῶνος Ἀνθεστηρί-
οισιν καὶ Ἡρακλέοισιν
καὶ Δίοισιν, ἐν τἠπαρῇ
ἔχεσθαι. Ὃς ἂν τά(ς) στήλ-
ας, ἐν ᾗσιν ἐπαρὴ γέγρ-
απται, ἢ κατάξει ἢ φοιν-
ικήια ἐκκόψε[ι] ἢ ἀφανέ-
ας ποιήσει, κεῖνον ἀπόλ-
λυσθαι καὶ αὐτὸν καὶ γ-
ένος.

Ad Ol. 76. 77 hunc titulum pertinere docuit Kirchhoff l. l. Multa supplementa in tituli *B* priore parte aut misere habita aut misere descripta incerta sunt ac fallacia, maxime voces morbi vs. 1 et pestilentiae vs. 18. Vss. 22. 23. In lapide esse iudico Θ|ΑΛΑΤΗΣ i. e. θαλάσσης, cf. n. 500. Vs. 37 *κατάξει*, vs. 38 *ἐκκόψει[ι]*, vs. 39 *ποιήσει* pro -ῃ, cf. n. 381, n. 499.

---

498 In statuae aeneae basi marmorea, 0.70:0.90 m., effossa Olympiae e regione eius anguli Olympiei, qui inter septentriones et orientem solem spectat. Titulus in superficie aequa litteris 0.03 m. altis incisus est, *a* ante statuam, *b* ad laevam spectantis. Edidit Fraenkel, arch. Zeit. XXXIV p. 227. Utor ectypo.

a

ΚΑΛΛΙΑΣΔΙΔΥΜΙΟ:ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝ

b

ΜΙΚΩΝ:ΕΠΟΙΗΣΕΝ:ΑΘΗΝΑΙΟΣ

a Καλλίας Διδυμίου Ἀθηναῖος παγκράτιον. *b* Μίκων ἐποίησεν Ἀθηναῖος. Cf. Paus. VI 6. 1: *Καλλίᾳ δὲ Ἀθηναίῳ παγκρατιαστῇ τὸν ἀνδριάντα ἀνὴρ Ἀθηναῖος Μίκων ἐποίησεν ὁ ζωγράφος.* Hanc victoriam a Callia reportatam esse Ol. 77 docet idem V 9. 3, quo de Callia vide C. I. A. I n. 419 et ibi notam. Miconem, qui hoc in titulo Ionica scriptura usus est et in alio, C. I. A. I n. 418, scripturae Atticae Ionicas admiscuit litteras, fuisse origine Ionica, deinde ab Atheniensibus civitate receptum esse credi potest.

499 Lapis caeruleus, 0.78 m. latus, 0.31 m. altus, undique truncus, nisi quod ad sinistram pars marginis est servata, nunc in duo fragmina dissolutus, tectus litteris 0.025—0.03 m. altis; repertus est *Ephesi* (Aiasuluk) in arce intra portam ad sinistram; servatur in museo Britannico. Exscripsit et edidit Pococke, inscrr. ant. II 10 p. 19 n. 9; repetiit Boeckh, C. I. G. 2953, usus praeterea apographis Prokeschii et Forchhammeri. Exscripsi; utor ectypo.



Potiores varietates lectionis. Col. *a.* Vs. 3 Forchh. ΥΩΝ. Vs. 9 Poc. et Forchh. ¯ ante Ι. Mox Poc. Ν.Π, ut solet ille pro ternis punctis singula ponere, Prok. Ν⁝Γ, Forchh. ΝΓ; fuisse igitur illo loco olim interpunctionem Pocockio et Prokeschio, quorum temporibus lapis paulo minus saucius erat, facile credo, quum nunc nihil nisi umbra incerta puncti supremi restet. Col. *b.* Vs. 1 Poc. ΙΑΕ. Vs. 2 Poc. ΕΥΣ. Vs. 3 Poc. ΕΣΗ, Prok. ΕΗ. Vs. 4 fin. Poc. ΑΛ. Vs. 5 Poc. ΙΜΗΣ.

[.......ἐγ μὲν τῆς δεξι]-
[ῆς ἐς τὴν ἀριστερὴν πετ]-
[όμεν]ος, ἦμ μὲν ἀποκρύψε-
[ι, δε]ξιός, ἢν δὲ ἐπάρει τὴ-
[ν ε]ὐώνυμον πτέρυγα, κἂν
[ἐπά]ρει κἂν ἀποκρύψει, ε-
[ὐών]υμος· ἐγ δὲ τῆς ἀριστ-
[ερῆ]ς ἐς τὴν δεξιὴν πετό-
[με]νος, ἦμ μὲν ἰθὺς ἀποκρ-
[ύ]ψει, εὐώνυμος, ἢν δὲ τὴν
[δεξ]ιὴν πτέρυγα ἐπάρας
— — — —

De coniunctivis ἐπάρει, ἀποκρύψει cf. n. 381, n. 497.

500 In tabula marmorea, 1 m. alt., 0.48 m. lat., 0.12 m. crass., in duas partes dissecta, quae olim in oppido Budrun locum antiquae *Halicarnassi* obtinente in domo quadam pro postibus fenestrae erant, postmodum a Newtonio in museum Britannicum sunt deportatae. Pars antica (*a*) et latus sinistrum (*b*) scriptura tecta sunt; sed in hoc litterae maximam partem evanuerunt. Edidit Newton, discoveries tom. II p. 23 sqq. p. 671 sqq. tab. LXXXV, et accuratius in Transactions of the roy. soc. of lit. IX p. 183 sqq. Cf. Sauppe, Goett. Nachr. 1863 p. 303 sqq.; Kirchhoff, Stud. [3] p. 4 sqq.; Bauer, actt. acad. Vindob. 1878 vol. 89 p. 405 sqq. Utor apographo meo et ectypo.

(*Textum vide pag. 138.*)

Nota. His maxime locis exemplar in Transactionibus expressum a lapide discrepat: vs. 16 fin. Ι falso; vs. 20 ante Δ omittuntur vestigia litterae Σ, quae sunt certa; vs. 42 med. et vs. 45 init. Ω pro Ω, sed vs. 44 recte Ω; praeterea punctum in littera Θ passim non recte deest. — Vs. 7 inter Ε et Κ lineola brevis cernitur: Ε'Κ, quasi scriba corrigere voluerit Θεκ- (cf. vs. 10); neque tamen certa res mihi est visa. Vs. 45 med. utrum Ω an Ω fuerit in lapide, dubito.

a

ΑΔΕΟΣΙΛΛΟ
ΘΑΛΙΚΑΡΝΑΤ
ΙΕΩΝΚΑΙΛΥΓ
ΑΓΟΡΗΙΜΗΝΟ
ΠΤΗΙΙΣΤΑΜΕ
ΤΑΝ ΤΟ
ΣΑ ΛΛ
ΘΙ ΚΜ
ΔΙΔΟ ΜΗ
ΤΟΙΣΜΝΗΜ
ΝΙΔΕΩΤΟΛΥ
ΥΟΝΤΟΣΚΑΙ
ΛΛΙΟΣΚΑΙΣ
ΜΟΝΕΥΟΝΤΩ
ΦΥΑΣΙΟΣΚΑΙ
ΝΥΑΣΙΟΣΗΝΔ
ΣΘΑΙΠΕΡΙΓΗ
ΤΩΕΝΟΚΤΩΚΑ
ΘΑΔΟΣΕΓΕΝΕ
ΡΝΥΝΟΡΚΩΙΣ
ΑΝΟΙΜΝΗΜΟ
ΚΑΡΤΕΡΟΝΕΝΑ
ΕΠΙΚΑΛΗΙΤΟ
ΟΚΤΩΚΑΙΔΕΚΑ
ΩΙΝΕΜΟΜΕΝΩ
ΑΟΡΚΟΝΔΕΤ
ΚΤΟΝΔΕΞΑΜ
ΑΙΠΑΡΕΟΝΤΟ
ΑΡΤΕΡΟΣΔΕΙΝΑΙΓ
ΤΟΤΕΙΧΟΝΟΤΕ
ΜΥΗΣΕΜΝΗΜΟ
ΝΑΠΕΠΕΡΑΣΑΙ
ΗΝΤΙΣΘΕΛΗΙ
ΨΗΦΟΝΩΣΤΕ
ΝΤΟΥΤΟΝΤΑΕΟ
ΚΑΙΤΩΠΟΛΛΩ
ΥΤΟΝΦΕΥΓΕΝΑ
ΩΙΑΞΙΑΔΕΚΑ
ΕΠΡΗΣΘΑΙΕΠ
ΑΜΑΚΑΘΟΔΟΝ
ΗΣΣΟΝΑΛΙΚΑ
ΥΜΠΑΝΤΩΝΤ
ΝΑΙΟΣΑΝΤΑΥΤΑ
ΠΕΡΤΑΟΡΚΙΑΕΤΑ
ΑΙΕΝΤΩΙΑΠΟΛΛ

Λ
ΝΚΑΙΣΑΛΜΑΚΙ
ΜΙΣΕΝΤΗΙΙΕΡΗ
ΡΜΑΙΩΝΟΣΠΕΜ
ΠΙΛΕΟΝΤΟΣΠΡΥ
ΘΟΑΤΑΤΙΟΣΚΑ
ΘΟΕΚΥΙΛΩΝΕ
ΜΟΝΑΣΜΗΠΑΡΑ
ΓΗΝΜΗΤΕΟΙΚ
ΙΝΕΠΙΑΠΟΛΛΩ
ΜΙΟΣΜΝΗΜΟΝΙ
ΙΑΜΥΩΤΟΚΑΣΒ
ΛΑΚΙΤΕΩΝΜΝΗ
ΕΓΑΒΑΤΕΩΤΟΑ
ΡΜΙΩΝΟΣΤΟΠ
ΣΘΕΛΗΙΔΙΚΑΖ
ΟΙΚΙΩΝΕΠΙΚΑΛ
ΣΚΑΜΗΣΙΝΑΠΟΤ
ΝΟΜΩΙΔΕΚΑΤΑΠ
ΔΙΚΑΣΤΑΣΟΤ
ΙΔΕΩΣΙΝΤΟΥΤΟ
ΔΕΤΙΣΥΣΤΕΡΟΝ
ΤΟΧΡΟΝΟΤΩΝ
ΝΩΝΟΡΚΟΝΕΝΑΙΤ
ΗΓΓΗΝΗΤΑΟΙΚ
ΔΙΚΑΣΤΑΣΗΜΙ
ΣΤΟΝΔΕΟΡΚΟΝΕΙ
ΝΕΣΤΗΚΟΤΟΣΚ
ΑΙΟΙΚΙΩΝΟΙΤΙΝΕΣ
ΛΩΝΙΔΗΣΚΑΙΠΑΝΑ
ΟΝΕΙΜΗΥΣΤΕΡΟ
ΝΟΜΟΝΤΟΥΤΟΝ
ΧΕΑΙΗΠΡΟΘΗΤΑ
ΙΝΑΙΤΟΝΝΟΜΟ
ΑΥΤΟΠΕΠΡΗΣΘΩ
ΕΙΝΑΙΙΕΡΑΚΑΙΑ
ΗΝΔΕΜΗΗΙΑΥΤ
ΤΗΡΩΝΑΥΤΟΝ
ΓΩΓΗΙΚΑΙΜΗ
ΑΙΕΣΑΛΙΚΑΡΝ
ΣΣΕΩΝΔΕΤΩΣΣ
ΩΙΕΛΕΥΘΕΡΟΝΕ
ΡΑΒΑΙΝΗΙΚΑΤΟ
ΚΑΙΩΣΓΕΓΡΑΠΤ
ΩΙΕΠΙΚΑΛΕΝ

b

ΣΙΠ
ΚΕ
ΝΑΕΜΝ
ΕΘΣΟΙ
ΝΗΤΑΙ
ΟΝΟΜΟΣ
ΥΝ

a

[Τ]άδε ὁ σύλλο[γος ἐβου]λ[εύσατ]-
ο Ἁλικαρνασσ[έω]ν καὶ Σαλμακι-
[τ]έων καὶ Λύγ[δα]μις ἐν τῇ ἱερῇ[ι]
ἀγορῇ, μηνὸ[ς Ἑ]ρμαιῶνος πέμ-
πτῃ ἱσταμέ[νου ἐ]πὶ Λέοντος πρυ-
ταν[εύον]το[ς τ]οῦ Ὀασσάσσιος κα-
[ὶ] Σα[ρυσσω]λλ[ου τ]οῦ Θεκυιλώιο[ς].
[ἔ]θ[εντο, τοὺς] μ[νή]μονας μὴ παρ[α]-
διδό[ναι] μή[τε] γῆν μήτε οἰκ[ί]-
[α] τοῖς μνήμ[οσ]ιν ἐπὶ Ἀπολλω-
νίδεω τοῦ Λυ[γδά]μιος μνημον[ε]-
ύοντος καὶ [Παν]αμύω τοῦ Κασβώ-
λλιος καὶ Σ[αλμ]ακιτέων μνη-
μονευόντω[ν Μ]εγαβάτεω τοῦ Ἀ-
φυάσιος καὶ [Φο]ρμίωνος τοῦ Π[α]-
νυάσσιος. ἢν δ[έ τι]ς θέλῃ δικάζ[ε]-
σθαι περὶ γῆ[ς ἢ] οἰκίων, ἐπικαλ[εί]-
τω ἐν ὀκτωκα[ίδε]κα μησίν, ἀπ' οὗ τ-
ὸ ἄδος ἐγένε[το], νόμῳ δὲ κατάπ[ε]-
ρ νῦν, ὁρκῷ 'ς [τοὺς] δικαστάς· ὅ,τ[ι]
ἂν οἱ μνήμο[νες ε]ἰδέωσιν, τοῦτο
καρτερὸν εἶνα[ι. ἢν] δέ τις ὕστερον
ἐπικαλῇ τού[του] τοῦ χρόνου τῶν
ὀκτωκαίδεκα [μη]νῶν, ὅρκον εἶναι τ-
ῷ νεμομένω[ι τ]ὴγ γῆν ἢ τὰ οἰκ-
[ί]α· ὁρκοῦν δὲ τ[οὺς] δικαστὰς ἡμί-
[ε]κτον δεξαμ[ένου]ς. τὸν δὲ ὅρκον εἶ-
[ν]αι παρεόντος [τοῦ ἐ]νεστηκότος· κ-
αρτεροὺς δ' εἶναι γ[ῆς κ]αὶ οἰκίων, οἵτινες
τότ' εἶχον, ὅτε [Ἀπολ]λωνίδης καὶ Πανα-
μύης ἐμνημό[νευ]ον, εἰ μὴ ὕστερο-
ν ἀπεπέρασα[ν. τὸν] νόμον τοῦτον
ἤν τις θέλῃ [συγ]χέαι ἢ προθῆτα-
[ι] ψῆφον ὥστε [μὴ ε]ἶναι τὸν νόμο-
ν τοῦτον, τὰ ἐό[ντα] αὐτοῦ πεπρήσθω
καὶ τὠπόλλω[νος] εἶναι ἱερὰ καὶ α-
ὐτὸν φεύγειν α[ἰεί]· ἢν δὲ μὴ ᾖ αὐτ-
ῷ ἄξια δέκα [στα]τήρων, αὐτὸν [π]-
επρῆσθαι ἐπ' [ἐξα]γωγῇ καὶ μη[δ]-
αμὰ κάθοδον [εἶν]αι ἐς Ἁλικαρ-
νησσόν. Ἁλικα[ρνη]σσέων δὲ τῷς σ-
υμπάντων τ[ούτ?]ῳ ἐλεύθερον εἶ-
ναι, ὃς ἂν ταῦτα [μὴ πα]ραβαίνῃ κατό-
περ τὰ ὅρκια ἔτα[μον] καὶ ὡς γέγραπτ-
αι ἐν τῷ Ἀπολλ[ωνί]ῳ, ἐπικαλεῖν.

b

ἐμνη[μόνευον] — ὁ νόμος.

Rerum gestarum seriem construo hanc si non omni ex parte veram — nam veram certo indagari posse diffido — at tamen cum singulis tituli locis congruentem. Pisindelis Artemisiae filius Halicarnassi tyrannus imperium bello Graeco labefactum prudentissime servare sciebat severitate tyrannidis remissa et iuribus quibusdam populo redditis. Ita factum est, ut anno quodam Ol. 80, quo Pisindelis diem supremum obiit, quum in aliis collegiis tum in mnemonum collegio interessent et amici tyranni (nam summa cum probabilitate Kirchhoff statuit Apollonidem Lygdamis filium, cuius in hoc titulo fit mentio, fuisse fratrem Artemisiae Lygdamis filiae et avunculum Pisindelidis) et homines populi causam sequentes (e. g. Panyassis poëtae filius). Pisindelide autem mortuo Lygdamis filius admodum iuvenis, qui cum imperio patris non acceperat hereditate patris continentiam, cancellurum impatiens adversarios alios expulit, alios — inter eos Panyassim — interfecit, bona eorum amicis suis distribuit, muneribus homines sibi gratos praefecit. Sed male res verterunt; nam seditione orta ipse cedere coactus est. Tum libertatis propugnatores victoriam primo non temperantes prioribus magistratibus loco motis novos substituerunt; sed haud magno spatio interiecto, ne tyrannus neque ab omnibus amicis desertus neque opibus destitutus libertatem aegre partam in discrimen vocaret, is turbis finis impositus est, ut tyrannus se posthac non conaturum esse rerum potiri polliceretur, cives utriusque partis priorum iniuriarum oblivionem sancirent, mixta illa collegia, quae ante hos tumultus muneribus functa erant, restituerentur. Tabula, in qua haec et alia eius generis scripta erant, in templo Apollinis collocata est (cf. vss. 44. 45). Deinde iisdem diebus ab iisdem, qui hanc pacem fecerant, i. e. ab incolis Halicarnassi et Salmacidis urbium artissime coniunctarum et a Lygdami, haec altera lex, quae ad nostram aetatem pervenit, scita est, qua irritae fierent possessionum mutationes, quae per turbidum tempus iniuste erant factae. Utrum autem aliquis, qui tum agrum domumve obtinebat, nanctus esset emptione vel hereditate an in perversione reipublicae, cognosci poterat a mnemonibus, quia horum magistratuum erat tabulas censorias administrare, in quibus perscribebatur, quantum vectigal de suo quisque fundo vel domo deberet solvere. Sed mixto illi collegio, quippe in quo essent propinqui et amici tyranni non expertes praedae, haec diiudicatio non videbatur posse committi. Itaque qui tum erant mnemones a popularibus instituti in munere permanent — aliter atque caeteri magistratus — et vetantur priori collegio tabulas censorias totamque agrorum et domorum custodiam tradere (τοὺς μνήμονας μὴ παραδιδόναι μήτε γῆν μήτε οἰκία τοῖς μνήμοσιν ἐπὶ Ἀπολλωνίδεω κτλ.). Iam eis, qui se vi atque iniuria bonis suis privatos esse praedicant, denuntiatur ut in iudicium adducant (ἐπικαλεῖν ἐς τοὺς δικαστάς) eos, qui illa obtinent, ea ratione, quae iam priore lege constituta est (νόμῳ κατάπερ νῦν), addito iureiurando; diiudicatio pendebit ex testimonio mnemonum (ὅ,τι ἂν οἱ μνήμονες εἰδέωσιν, τοῦτο καρτερὸν εἶναι) tabulis censoriis nitente. Spatium autem duodeviginti mensium, intra quod lites instituantur, designatur, ut etiam iis, qui in illis motibus civilibus in alienas terras emigraverunt, tempus sit domum redeundi et sua vindicandi. Si quis spatio duodeviginti mensium iam circumacto litem instituere volet, ne tum quidem iure suo excludetur; sed iureiurando uti ad suam rem confirmandam tum licebit ei, qui eo tempore in possessione agri vel domus erit; et iudices, qui tam sero huius rei disceptationi operam navare cogentur, priusquam accusatum ad iusiurandum adegerint (ὁρκοῦν sc. αὐτόν), quae est prima actio in lite, recipient nescio unde pecuniam quandam statam. Adesse autem in iurisiurandi adactione licebit accusatori, quo magis huius praesentia ille a periurio deterreatur. Vincet is, qui iudicibus probare potuerit, se agrum vel domum obtinuisse Apollonide et Panamye mnemonibus, i. e. ante tumultus ortos, neque postea vendidisse.

Ad singula haec annoto. Vss. 2. 6. 16. Signum T, quod nonnunquam in Graecorum usum ex Asiaticis alphabetis, ubi eius forma solet esse Ψ seu Ύ, irrepsit (cf. Ramsay, journal of Hellenic studies I 1880 p. 247 sq.), aut eundem exprimit sonum atque duo sigmata Graeca aut certe simillimum: cf. vs. 2 ἉλικαρναΤ[έω]ν, vss. 40. 41 Ἁλικαρ[ν]ηΣΣέων et Ἁλικα[ρνη]ΣΣέων; deinde vs. 16 Π[α]νυάΤιος et in titulo Halicarnassio paulo recentiore, quem ediderunt C. T. Newton, on a greek inscription at Halicarnassus, et Haussoullier, bull. de corr. hell. IV p. 295 sqq., vss. 19. 41. 49. 61. 141. 196. 224 ΠανύαΣΣις; tum tit. n. 497 *B* vs. 23 [Θ]αλάΤ(leg. Τ)ης, ibid. *A* vs. 9 Θάλασσαν; denique inscr. nummorum Mesembrianorum ΜΕΤΑ et ΜΕΤΑΜΒΡΙΑΝΩΝ. Vs. 7. Σα[ρυσσώ]λλου, cf. eundem illum titulum recentiorem vss. 42 et 101. Vs. 15. Phormio quidam Halicarnassensis, fortasse huius nepos, Ol. 97 Olympia vicit, cf. Paus. V 21. 3. Vs. 19 τὸ ἅδος populiscitum, cf. Hesych. ἅδημα· ἅδος· ψήφισμα, δόγμα (Bergk, mus. Rhen. XIX p. 604). Vs. 20 ὅρκος 'ς, cf. n. 381 *b* vs. 20 ἦ 'ς. Vs. 32 ἀποπερᾶν i. q. περᾶν. Vs. 41 sqq. Eum, qui hanc legem abolere studebit, in ius vocare licitum esto (ἐπικαλεῖν ἐλεύθερον εἶναι) cuique omnium Halicarnassensium qui ipse iureiurando et foedere steterit.

501 Fragmentum paterae marmoreae admodum planae, cuius in ambitu titulus incisus est. *Cyzici* repertum Dawkins Oxonium detulit. Edidit Chandler, marm. Oxon. II 15, repetiit Boeckh, C. I. G. 3695. Lapis denuo ita truncatus est, ut supersint litterae a fine quinque. Has ex meo apographo do, in prioribus septem Chandleri editionem secutus.

— — — ΠΗΔΕΣΠΟΝΗΣΙΝ

— — — πῃ δεσπόνῃσιν, i. q. Attice δεσποίναις. Cereri et Proserpinae hanc pateram in usum sacrificiorum dedicasse videtur femina quaedam.

502 In tripode aeneo Dodonae prope templum effosso; titulus incisus est in margine exteriore. Edidit Carapanos, Dodone et ses ruines, Paris 1878, p. 40, tab. XXIII 2.

ΤΕΡΨΙΚΛΗΣ:ΤΩΙΔΙΙΝΑΙΩΙ:ΡΑΨΩΙΔΟΣ:ΑΝΕΘΗΚΕ

Τερψικλῆς τῷ Δὶ Ναΐῳ ῥαψῳδὸς ἀνέθηκε.
Terpsicles ex Asia Ionica vel ex insulis vicinis Ionicis oriundus fuit.

XX.

TITVLI ASIAE AEOLICAE.

503 Lapis 2.06 m. long., 0.73 m. alt., 0.11 m. crass., non ita diligenter caesus, in antica parte levigatus, in postica rudis, repertus a Calverto consule ad montem Tschalydagh, ubi antiqua *Cebrene* sita fuisse existimatur. Quam originem quum ipse Calvert Hirschfeldio et Lollingio in colloquio, mihi in litteris testatus sit, non audiendus est Sayce in Schliemanni libro, qui inscribitur Ilios, p. 781 referens lapidem in necropoli Thymbrae, ubi nunc Akschikoei, esse inventum. Nunc servatur ad Hellespontum in vico, cui nomen est Tschanakkalessi, ante domum quandam. Titulus scriptus litteris 0.03 — 0.04 m. altis, quas manu huius negotii insueta incisas esse censet Lolling, in parte antica ita sequitur marginem superiorem, ut ad dextram neglegentia scribae paulatim deorsum versum labens longius ab illo distet quam ad sinistram; ab utraque parte striae ad perpendiculum directae incisae sunt, quae vereor ut antiquae sint, quia altera litteram ultimam I totam hausit, paenultimam O truncavit, quum altera a prima littera aliquanto spatio absit. Edd. Waddington, cui Calvert ectypum miserat, in opere Le Basiano n. 1743 m.; deinde Kirchhoff, actt. acad. Berol. 1879 p. 493 sqq., ex apographo Hirschfeldii; tum Lolling, qui ipse lapidem contuitus est, Mittheil. des deutschen arch. Inst. in Athen VI 1881 p. 118 sqq. Repeto Hirschfeldii exemplar, omissa adumbratione lapidis parum accurata; addo alterum e fide picturae, quam liberalitate acceptissima Calvert in charta ectypo imposita in usum meum delineavit; in ea prima littera Π ab ultima O distat 1.06 m.

Hirschfeld.

ΣΙ Ν ... ΣΘΕΝΕΙΑΙΕΜΜΙΤΟΝΙΚΙΑΙΟΙΤΟΓΛΑΥΚΙ...

Calvert.

ΠΙ ΣΘΕΝΕΙΑΙΕΜΜΙΤΟΝΙΚΙΑΙΟΙΤΟΓΛΑΥΚΙΟ

Ver. lect. Initio Wadd. ..ΑΙΣ, Lolling Σ...ΙΑΛΙΣ, annotans sigma non indubium esse; in reliquo titulo, cuius lectionem praeter alterum Ν certissimam esse Waddington affirmat, etiam haec duo exempla cum imaginibus supra propositis bene congruunt.

Σ[τάλ]α 'πὶ Σθενείᾳ ἔμμι τῶ Νικιαίω τῶ Γ(λ)αυκίω[ι]. Haec praeter initium debentur Kirchhoffio. Sthenias igitur, cuius cum nomine conferri possunt 'Ανθείας Θαρσίας Κλέας Κρατίας Μενίας Τελέας, fuit Niciae filius (Νικίαιος), Glauci nepos (Γλαύκιος). Iota mutum, quod posteriore aevo dialectus Aeolica in omnibus omisit dativis, hic deest in articulo, haeret in nominibus, cf. tit. Thess. n. 327 'Αφροδίτᾳ τᾶς; ex Ionicis titulis exempla litterae iota neglectae congessi ad n. 381.

---

504 Tabula marmorea mediocris crassitudinis, effossa *Thymbrae*, ubi nunc Akschikoei vel Khanitepe, inter sepulcra antiqua; deinde servabatur Tschanakkalessiis in collectione Calverti. Edd. Newton, travels and discoveries in the Levant I p. 135 et p. 355; Waddington in opere Le Basiano n. 1743 *l*. Praebemus apographum Hirschfeldianum cum Waddingtonii exemplari, quod haustum est ex ectypo, plane congruens.

ΠΥΘΑ:ΑΠΕ
ΦΕΔΙΟ:ΓΥ

Πύθα 'Απο[λλ-- θυγάτηρ], Φειδίω γύνα.

XXI.

TITVLI PAMPHYLIAE.

505 *Sillyi* (Assarkoei) in lapide, qui nunc est postis ianuae. Ex exemplaribus Rossii de Bladensburg et Iens Pellii titulum concinnavit, pauca de suo addens, Bailie, fasc. inscr. Graec. II p. 230; inde repetiit Franz, C. I. G. add. n. 4342 c[2]; ipsa illorum exemplaria expressa sunt in opere Le Basiano, n. 1377. Tertio exscripsit Hirschfeld, actt. menstr. acad. Berol. 1874 p. 726. Cf. Kirchhoff, Stud.[3] p. 44 sqq., Friedlaender, Zeitschrift für Numismatik IV 1877 p. 297 sqq., Bezzenberger, Beiträge zur Kunde der indogerm. Sprachen vol. V 1880 p 325 sqq., Ramsay et Sayce, journal of Hellenic studies I 1880 p. 242 sqq., Ramsay, ibid. II 1881 p. 222 sqq., ubi varia lectio aliquot locorum a Wilsonio tribuno militum denuo in lapide inspectorum edita est. Repeto tria quae commemoravi exempla.

(*Textum vide pag. 142. 143.*)

Titulus Pamphylius.

καὶ ἰjαροῖσι — — Σελυ[ϝίj]α
ὕπαρ καὶ [τ]α[μ]ίjας
ϝοῖκ[υ πόλ]ις --τυ κ[α]ὶ Σ[ε]λυϝίjας
[δ]ιjακεκραμένυς ἐξ ἐπιτη[δ]ίjαις πόλιν
διjὰ πεδεκαίδεκα ϝέτιjα π[ό]λι
καὶ τιμάϝεσ(σ)α (?)
ἀτρώποισι — — αὐταῖσι
ἐβωλάσετυ ἀδριjῶνα καταστᾶσ[αι]
καὶ — — καὶ ἐφ'
πᾶς .... τυς καὶ — — τυς καί
πόλιϝι [ʽ]ελόδυ [κα]ὶ δικαστῆρες
κατιϝερξόδυ καί
κα(τ)θίδυ καὶ — — καὶ ὐ βωλήμενυς
[κ]αὶ νι ϝοῖκυ πόλις ἐχέτω καὶ ὅκα
ἀνάγλείσθω· αἴ ρε (?) κα(δ)δι[κα--]
δικαστῆρες καὶ ἀργυρῶται μὴ ἐξάγωδι
κα(τ)θανέτω καὶ νι ϝοῖκυ πόλι[ς ἐχέτω]
[δικα]στῆρες δὲ καὶ ἀργυρῶται
-αμιjίσδυ (?)· ἐξ δὲ Φασήλι[δ]ος ὄδυ δι[κ]αστῆρες
γένωδαι· αἴ ρε (?) μὴ ἐξάγωδι
ὄδυ (seu -έδυ)
περὶ γέρας ἰjαρὺ γε[γέν]ηται
— καὶ —
πόλις ἄγεθλα ϝεχέτω καὶ — — βόϝα καί — τῷ [Ἀπέλ(λ)] -(?)
ωνι καὶ --υ καί
— —
ϝὲξ ἢ κα(τ)θανέ[τω καὶ νι ϝοῖκυ πόλις] ἐχ[έτω]
— —
-οισι πόλις ὀμυσυ-
καὶ Ἀπέλ(λ)ωνα Πύτ[ιυ — — — κ]αὶ ὑπέρ
ἰjαρύ· αἴ [ρε] (?)
— —
— —
κατέχωδ[ι]

Interpretatio Attica.

καὶ ἱεροῖς — — Σιλλυΐα
ὅπερ καὶ ταμίας
(τὸν) οἶκον (ἡ) πόλις --του καὶ Σιλλυΐους
διακεχρημένους ἐξ ἐπιτηδείων (τὴν) πόλιν
διὰ πεντεκαίδεκα ἐτῶν (τῇ) πόλει
καὶ τιμία (?)
ἀνθρώποις — — αὐταῖς
ἐβουλήθη ἀνδρῶνα καταστῆσαι
καὶ — — καὶ ἐφ'
πᾶς .... τος καὶ — — τος καί
(τῷ) πόλει ἑλόντων καὶ δικασταί
κατειρξάντων καί
καταθέντων καὶ — — καὶ ὁ βουλόμενος
καὶ-(τὸν) οἶκον (ἡ) πόλις ἐχέτω καὶ ὅτε
ἀναιρείσθω· ἐὰν (?) καταδικα--
δικασταὶ καὶ ἀργυρῶται μὴ ἐξάγωσι
καταθανέτω καὶ-(τὸν) οἶκον (ἡ) πόλις ἐχέτω
δικασταὶ δὲ καὶ ἀργυρῶται
-αμιέσθων (?)· ἐκ δὲ Φασήλιδος ὄντων (οἱ) δικασταί
γένωνται· ἐὰν (?) μὴ ἐξάγωσι
ὄντων (seu -όντων)
περὶ γέρας ἱερὸν γεγένηται
— καὶ —
(ἡ) πόλις ἆθλα ἐχέτω καὶ — — βοῦν καί — τῷ Ἀπόλλ-(?)
ωνι καὶ --ον καί
— —
ἓξ ἢ καταθανέτω καὶ-(τὸν) οἶκον (ἡ) πόλις ἐχέτω
— —
-οις (ἡ) πόλις ὀμοσ-
καὶ Ἀπόλλωνα Πύθιον — — — καὶ ὑπέρ
ἱερόν· ἐὰν (?)
— —
— —
κατέχωσι

1	R	Σ...Δ ΕΙΛΕΑΙΗΙΙΑΡΟΙΣΙΜΑΦΕ........ΝΗΕΔΕ
	P	Σ^ΣΛ Ε ΚΑΙΗΙΙΑΡΟΙΣΙΜΑΙΕ....... ΝΗΕΛΕ
	H	ΣΥΔ'ΕΙΛΚΑΙΗΙΙΑΡΟΙΣΙΜΑΓΓ//////////ΜΙ ΕΛΕΣΕΛΥV . . Α
2	R	ΙΑ . . ΑΡ . . Σ Π.....ΣΥΠΑΡΚΑΙ..ΑΙΙ'ΙΑΣ
	P	ΙΑ ΔΙ Σ ΙΙ ΥΠΑ ΚΑ.. Α..Ι..Ι..Α
	H	ΙΑ//////ΑΡ//////'Σ ΙΙ ///ΟΣΥΠΑΡΚΑΣ ΑΙ'Ι Ͷ ΣΟϸΙΑΠΕΥΙΓ//
3	R	ΤΡΛΛΟΙΚ Ι ΤΥΚ ΙΣΡΛΥΛΝΟΣΓΑΧ.....
	P	*omittit hunc versum*
	H	ΤΡͶΟΙΚ//////ΙΣϸ//////ΤΥΚΜΣΒΛΥͶΙΙΟΣΠΑΧ//////ΑС//////
4	R	ΠΛΚΕ ΡΑΜΕΝΟΣ ΧΕ.....ΤΕ. . ΑΤ ΠΟ
	P	ΙΑΚΕΚΡΑΜΕΝΟΣΕΧΕ ΤΕ ΑΙΣΠΟΑ
	H	\ΑΙΙΑΚΕΚΡΑΜΕΝΟΣΕΧΕΓ ΤΕΗΙΙΑΙΣΠΟ..ΙΝΑΙ
5	R	ΔΙΙΑΠΕΔΕΚΑΙΔΕΚΑΓΕΤΕΙΑΠ..ΛΙΜΗΣ....
	P	ΔΙΙΑΠΕΔΕΚΑΙΔΕΚΑΓΓΑΡΙΑΠ..ΛΙΜΗΣ
	H	ΔΙΙΑΠΕΔΕΚΑΙΔΕΚΑΓΕΤ.ΙΑΠ'ΛΙΜΗΣΣΑ
6	R	ΟΣΑΚΑΙΤΙΑ.ΑΓΕΣΑΠΟΣΑΒΑΤΙΑΡΙΙΕΑΑ....
	P	ΟΣΑΚΑΙΤΙΜ ΑΓΕΣΑΠΟΣΑΙΑΤΙΑΡΙΙΓΑΑ
	H	ΟΣΑΚΑΙΤΙΜ ΑΓΕΣΑΠΟΣΑΒΑΤΙΑΡΙΙΕΝΑ'ΙΔ
7	R	ΑΤΡΟΠΟΙΣ ΠΕΡΤΙΡΕΝΙΑͶΤΑΞΣΙΗΕͶΟΤΑΙΣ
	P	ΑΤΡΟΠΟΙΣΙΠΕΡΤΝΡΕͶΙΑͶΤΑΙΣΙΗΕͶΟΤΑ
	H	ΑΤΡΟΠΟΙΣΙΠΕΡΤΙΡΕΝΙΑͶΤΑΙΣΙΗΕͶΟΤΑ//Σ
8	R	ΕΒΟΛΑΣΕΤΥΔΔΡΙΙΟΝΑΚΑΤΑΣΤΑΣ
	P	ΕΒΟΛΑΣΓΤΥΑΔΡΙΙΟΝΑΚΑΤΑΣΤΑΣ
	H	ΕΒΟΛΑΣΕΤΥΑΔΡΙΙΟΝΑΚΑΤΑΣΤΑΣV
9	R	ΡΑΙΕΗΙΚΑΙΜΙΙΒΙΑΛΕΤΙΚΑΙΕΞΠΕͶΟΤΑ
	P	ΡΑΙΕΗΙΚΑΙΜΗΡΙΑΛΕΤΙΕ^ΙΓΠΗΕͶΟΤΑ
	H	ΡΑΙΓΗΙΚΑΙΜΙ²ΕΙΑΛΕΤΙΚ^'Ε Φ'ΙΕͶΟΤΑΙ//////
10	R	ΕΑΣΜ ΑͶΕΤΥΣΚΑΙΜΗΣ...Α ΤΥΣΚΑΙΔ . . .
	P	ΠΑΣΜ ΑΝΕΤΥΙΚΑΙΜΗΕ ΤΥΣΚΑΡΔ
	H	ΠΑΣΜ ΑΝΕΤΥΣΚΑΙΜΗΕ'Α//////////ΤΥΣΚΑΙΔ//////////
11	R	ΟΕΓΕΙΕΟΛΙΙΕΦΙΕΛΟΔΥ. . . ΔΙΚΑΣΤΕΡΕΣ
	P	ΟΕΕΕΙΠΟΛΙΙΕ Ι ΛΟΔΥ ΙΔΙΙΑΣΤΕΥΕΣ
	H	ΟΕΓ^ΙΠΟΛΙΙΕΓΙΕΛΟΔΥ//////ΔΙ////ΣΤΕΡΕΣ///
12	R	·ΤΑΙΣΙΚΑΙΝΙΣΚΙΑ. . ΚΑ..ΤΕΓΕΡΧΟΔΥΚΑ. . .
	P	ΤΑΙΣΙΚΑΙΝΙΣ ΔΙ ΚΑ ΤΕΓΕΡΧΟΔΥΚΑ
	H	ΤΑΙΣΙΚΑΙΝΙΣΚ|/ΔΓΥΚΑ |ΓΕΓΕΡΧΟΔΥΚΑ'//
13	R	*omittit hunc versum*
	P	ΚΑΘΚΔΥΚΔΙΗΑΝΑΝΕΙΕΚΑΙΥΒΟΛΕΜΕΜ
	H	ΚΑΘΕΔΥΚΑΙΗΛΡΙΑΝΕΙΕΚΑΙΥΒΟΛΕΜΕΡΥΣ+
14	R	· ΑΙΝΙͶΟΙΚΥΠΟΛΙΟΣΕΓΣΤΟΚΑΙΗΟΚΑΔΕΣ
	P	ΑΙΝΙͶΟΙΚΥΗ ΛΙΟΡΓ ΕΥΟΚΑΙΗΟΚΑΔΕΣ
	H	ΑΙΝΙͶΟΙΚΥΠΟΛΙ ·Ε+ΕΤΟΚΑ ΜΗΟΚΑΔΕ·
15	R	ΑΣΜΡΥΜΑΛΙΑΝΗΑΖΛΕΣΘΟΗΑΤΡΕΚΑΔΕ...
	P	ΑΣͶΤΥΜΑΛΙΑΝΗΑΖΛΕΣΘΟΗΑΙΡΕΚΔΔ
	H	ΑΣͶΤΥΜΑΛΙΑΝΗΑΖΛΕΣΘΟΗΑΤΡΕΚΑΔ'
16	R	ΔΙΚΑΣΤΕΡΕΣΚΑΙΑΡΖΥΡΟΤΑΙΜΕΕΧΑΖΖΔΛ
	P	ΔΙΚΑΣΤΕΡΕΣΚΑΙΑΡΖΥΡΟΤΑΙΜΕΕΧΔΖΟΔΙΚ
	H	ΔΙΚΑΣΤΕΡΕΣΚΑΙΑΡΖΥΡΟΤΑΙΜΕΕΧΑΖΟΔΙΚ
17	R	ΑΠΙΡΟΤΑΣΚΑΘΑΥΕΤΟΚΑΙΝΙ ͶΟΙΚΥΠΟΝΑΙΚΑ
	P	ΑΠΙΡΟΤΑΣΚΑΘΑΝΕΤΟΚΑΙΝΟͶΟΙΚΥΠΟΑ
	H	ΑΠΙΡΟΤΑΣΚΑΘΑΝΕΤΟΚΑΙΝ'ͶΟΙΚΥΠΟΛΙ
18	R	ΣΤΕΡΕΣΛΕΚΑΙΑΙΔΥΡΟΤΑΙΑͶΕΑΝΕ..
	P	ΣΤΕΡΕΣΑΕΚΑΙΑΡΖΥΡΟΤΑΙΑΝΕΑΝΕ
	H	ΣΤΕΡΕΣΔΕΚΑΙΑΡΖΥΡΟΤΑΙΑΝΕΑΝΕ
19	R	ΑΜΙΙΕΣΔΥΕΧΔΕΦΥΣΕΛΔ ΟΔΥΔΙΒΑΣΤΕΡΕΣ..
	P	ΑΜΙΙΕΣΔΥΚΧΔΕΦΥΣΕΛΑΙΟΔΥΔΙ ΑΣΤΕΡΕΟ
	H	ΑΜΙΙΕΣΔΥΕΧΔΕΦΥΣΕΛΑΙΟΔΥΔΙΙΑΣΤΕΡΕΣ
20	R	ΑΣ..ΕͶΟΔΑΙΗΑΙΡΕΜΓΕΧΑΖΟΔΗ....ΕΣΔ
	P	ΑΣΖΕΝΟΖΑΙ ΡΕΜΕΕ ΑΖΟΔΙ ΗΝΕΣΔ
	H	ΑΣΖΕΝΟΖΑΙΗΑΙΡΕΜΕΕΧΑΖΟΔΙ'///'ΝΕΣΛ

21 R		ΟΛΥΑΜΟΤΙΡΕΕΜΗΕ...... ΑΗ.....ΑΠΡΑ	
P		ΟΔΥΑΜΑΤΙΡΕΕΜΗΕ ΑΙ ΑΠΙ°Α	
H		ΟΔΥΑΜΑΤΙΡΕΕΜΗΕ//////////ΔΑΙ. ⊏ ΜΠΡΑ	
22 R		ΕΣΠΕ.\/ΕΡΑΣΗΙΙΑΡΥ . . FΤΑΙΚΑΛΙΘ..Α	
P		ΕΣΠΕΡΙΖΕΡΑΣΗΙΙΑΡΥΔΣ ΕΤΑΙΚΑ ΙΘΕΔ	
H		ΕΣΠΕΡΙΖΕΡΑΣΗΙΙΑΡΥΖΕ//////ΕΤΑΙΚΑΝΙΘΕΑ	
23 R		ΕΗΕΚΑΙΜΗΕΙΑΛΕΚΑΙΝΙΣΑΜΑΔΙΜΟΣΑΜΑ	
P		FΗΕΚΑΙΜΗΗ ΑΛΕΚΑΙΝΙΣΑΜΑΔΙΜΟ ΑΜ	
H		FΗΕΚΑΙΜΗΕΙΑΛΕΚΑΙΝΙΣΑΜΑΔΙΜΟΣΑΜΑ	
24 R		ΠΟΛΙΣΑΔΕΘΛΑFΕ+ΕΤΟЄΑ ΒΠΑΠΙ . . ΤΑΣΒΟFΑΚΑΙ..	
P		ΠΟΛΙΣΑΖΕΘΛΑFΕΡΕΤΟΣΑΙΣΠΑΠΙ ΤΑΣΒΟFΑΚΑ	
H		ΠΟΛΙΣΑΖΕΘΛΑFΕ+ΕΤΟΚΑΙΣΠΑΠΙ///// ΤΑΣΒΟFΑΚΑΙ//////ΤΟ'ΑΛ	
25 R		ΟΝΙΚΑΙΟΡΟΕΥΚΑΙ	ΟF..ΕΚ.....
P		ΟΛΙΚΑΙΟΡΟFΥΚΑ	
H		ΟΝΙΚΑΙΟΡΟFΥΚΑΙ	ΙΙΕ.ΕΙΕ
26 R		ΙΚΟ¬ ΣΘΑ ΠΕΡΑΜ	ΑΣ.......
P		ΙΚΟΧΕΣΘΑΙΠΕΡΑΜ	
H		ΙΚΟΚΕΣΘΑΙΠΕΡΑΜ	\ΑΣΕ////ΛΙ
27 R		ΙΣFΕΧΕΚΑΘΑΜΕ	
P		ΙΣFΕΧΕΚΑΟΑΜΕ	
H		ΙΣFΕΧΕΚΑЄΑΝΕ	Ε+ΣΙ
28 R		ΕΣΙΑΙΡFΑΤΕ..ΑΙΙ	
P	*omittit hunc versum*		
H		ΕΣ◂ΑΙΒFΑΤΕΥΛΙΙ	Ι Δ
29 R		ΟΙΣΙΠΟΛΙΣΟΥΙΥΣΥ	
P		ΟΙΣΙΠΟΛΙΣΟ ΜΥΣΥ	
H		ΟΙΣΙΠΟΛΙΣΟ ΜΥΣΥ	ΑΝΑ+Α/
30 R		ΚΑΙΑΠΕΛΟΝΑΠΥΤ	
P		ΚΑΙΑΠΕΛΟΜΑΠΥΓ	
H		ΚΑΙΑΠΕΛΟΝΑΠΥΤ	ΑΙ\ΠΕΡ
31 R		....ΥΙΙΙΙΑΡΥΗΑΙ	
P		ΙΙΑΡΥΗΑΕ	
H		'ΙΙΙΙΑΡΥΗΑΙ	ΥΣ///////Ο
32 R		...ΦΕΥΟΜΟΥΜΕ	
P		ΕΡΟΜΟΙΜΕ	
H		ΦΕΡΟΜΟΙΜΕΙ	ΚΑΙΕΖΙΟ
33 R		....ΥΠΑΜΡΙΞ	
P		ΔΥΠΑΜΡΙΤ	
H		ΔΥΠΑΜΡΙΙ	ΚΙΣΙΙΗΖ//
34 R		...ΑΕΑΤΕ+ΟΔ	
P		ΖΕΑΤΕ+ΟΔ	
H		\ΤΑΚΑΤΕ+ΟΖ	Ε+ΕΣΙΝ//
35 R		..Α..ΑΚΑ..Σ	
P		ΑΔΑΚΑΙ	
H		Α///ΑΚΑΙΤ.	ϽΤΑΣΑ//
36 R		..ΤΑ	
P		ΤΑΣ	
H		ΤΑΣ	

Var. lect.: Ex iis locis, quibus Bailie a Bladensburgo et Pellio recedit, annotentur hi: Vs. 9 ΚΑΙΣFΗΕΜΟΤΑΙΣ; vs. 13 ΚΑΘΕΔΥΚΑΙΗΑΚΙΑΝ. Wilson vs. 2 ΙΑ pro Μ; vs. 3 litterae Β, quae est inter Σ et Λ, signum interrogationis appinxit; vs. 6 ΣΑΒΑ.ΤΙ; vs. 15 ΑΣΜΡΥ; vs. 20 ΖΕΝΟΔΑΙ.

De Pamphyliorum dialecto haec tradit Arrianus anab. I 26: *εἰσὶ δὲ οἱ Σιδῆται Κυμαῖοι ἐκ Κύμης τῆς Αἰολίδος· καὶ οὗτοι λέγουσιν ὑπὲρ σφῶν τόνδε τὸν λόγον· ὅτι ὡς κατῆράν τε ἐς τὴν γῆν ἐκείνην οἱ πρῶτοι ἐκ Κύμης σταλέντες καὶ ἐπὶ οἰκισμῷ ἐξέβησαν, αὐτίκα τὴν μὲν Ἑλλάδα γλῶσσαν ἐξελάθοντο, εὐθὺς δὲ βάρβαρον φωνὴν ἵεσαν, καὶ οὐδὲ τῶν προσχώρων βαρβάρων, ἀλλ' ἰδίαν σφῶν, οὔπω πρόσθεν οὖσαν τὴν φωνήν, καὶ ἐκ τότε οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους προσχώρους Σιδῆται ἐβαρβάριζον.*

Eiusmodi barbariam prodit etiam hoc specimen Sillyensis dialecti multis rebus Cypriae similis. Alphabetum est ordinis orientalis, addito signo Μ, quod quin sonum quendam a digammo non longe diversum significet, collatis quum certioribus quibusdam exemplis in hoc ipso titulo obviis tum nummorum inscriptionibus (cf. Friedlaender, l. l.) ΣΕΛΥΜΙΥΣ et ΜΑΝΑΨΑΣΠΡΕΙΙΑΣ (i. e. *Fανάσσας Πρειίας*) non dubium videtur. Multa quae mihi parum intellecta sunt, e. g. vocabula

ΗΕϜΟΤΑΙ et ΝΙ, ut alia taceam, nolui coniecturis, quae neque ab etymologia neque a sententia satisfaciant, tentare; praestat haec ad tempus omittere. Ne argumentum quidem tituli nunc perspicitur; id tamen suspicari licet, subesse pactum Sillyensium et Phaselitarum; cf. vs. 11 πόλιϳι, vs. 19 ἰξ δὲ Φυσήλα ὄδυ δικαστῆρες. Vs. 8 ἀδρίῶνα, cf. Hesych. ἀδρί· ἀνδρί, Παμφύλιοι. Vs. 9 ἰβωλάτετυ pro ἰβουλήσατο; de vocali syllabae paenultimae cf. vs. 12 κατεϜερξόδυ et n. 506 δαμιοργίσυτα. Vs. 17 [στ]ατιρώτας, vs. 24 στατι[ρώ]τας?

---

506 *Aspendi* in lapide marmoreo quadrato, 0.70 m. alto, 0.50 m. lato; titulus margine cinctus est. Edidit Hirschfeld, act. menstr. acad. Berol. 1875 p. 123; cf. Siegismund in Curtii studiis IX p. 91.

Ι Γ ΠΟΛΙΣΑΦΟΡΔΙΣΙ
ΝΕΓΟΠΟΛΕΙΣΔΑΜΙΟΡΓΙΣΥ
ΣΑΠΕΡΤΕΔΟΚΕΙΣΕΡΕ
ΜΝΙΚΑΙΠΥΛΟΝΑΑΡΓΥ
ΡΥΜΝΑΣΦΙΚΑΤΙ

[Νε]γ[ό]πολις Ἀφορδισι[υ]
Νεγοπόλι[υ]ς δαμιοργίσυ-
σα περτέδωκε ἐς ἐρε-
μνὶ καὶ πυλῶνα ἀργύ-
ρυ μνᾶς φίκατι.

Attice.

Νεόπολις Ἀφροδισίου
Νεοπόλιδος λειτουργήσα-
σα προσέδωκεν εἰς ἐρυ-
μνίον (= ἔρυμα) καὶ πυλῶνα ἀργυ-
ρίου μνᾶς εἴκοσι.

Vs. 2. Ad nomen patris additur nomen avi more et in aliis quibusdam Asiae regionibus frequentissimo et obvio in alio titulo Pamphylio huius simillimo, qui editus est ab Hirschfeldio l. l. p. 123 n. 1, sed hic non repetitur, quod propter Ω = ω etiam recentior quam Neopolidis titulus iudicandus est, quamquam ne hunc quidem valde antiquum putari sinit forma litterae Α. Quo in nomine avi utrum offensio diphthongi ΕΙ suspicione mendi an explicatione originis tollenda sit, in dialecto tam imperfecte nota in medio relinquendum. Vs. 5. In voce φίκατι littera φ vicem antiquioris litterae Ϝ videtur praebere.

XXII.

TITVLVS CYRENAICAE.

506a In lapide calcario 0.33 m. long., 0.24 m. alt., 0.09 m. crass., effosso Olympiae pone thesaurum Gelensium; litterarum 0.078 m. alt. sulci colore rubro impleti sunt. Edidit Purgold, arch. Zeit. XXXIX p. 180. Utor ectypo.

ϘΥΡΑ

Κυρ[ναίων]. Cf. Paus. VI 19. 10: πρὸς δὲ τῷ Συβαριτῶν Λιβύων ἐστὶ τῶν ἐν Κυρήνῃ θησαυρός.

XXIII.

TITVLI SICILIAE,

COLONIARVM CORINTHIARVM CVM IMACHARA, COLONIAE RHODIAE, COLONIAE MEGARICAE, COLONIARVM CHALCIDICARVM, ORIGINIS IN SICILIA INCERTAE.

507 In marmore inter sepulcra prope ruinas *Acrarum* (Palazzolo) reperto; tum erat penes baronem Iudicam; ex schedis Thorpii dedit Rose, inscrr. Gr. vet. tab. XII 1 p. 91; inde Franz, C. I. G. 5458.

[Α]ὔσις ὁ [Χ]ιμά[ρ]ου.

508 *Acris* (Palazzolo) in lapide, quem Iudica repperit et in collectionem suam intulit. Ex schedis Thorpii edidit Rose, inscrr. Gr. vet. tab. XIII 2. 11, p. 102; repetiit Franz, C. I. G. 5435.

Συϙώ, epitaphium mulieris.

---

509 *Syracusis* in insula Ortygia ad templum, quod antea putabatur esse Dianae, ante porticum, quae in fronte templi est duplex, in summo de tribus gradibus, infra tres columnas meridionales lateris orientalis, i. e. intranti ad sinistram, a. 1864 fodiente Cavallario detectus est titulus 7.77 m. longus. Litterae 0.15—0.18 m. altae ductu valido profunde incisae sunt. Hirzel, bullett. dell' inst. arch. 1864 p. 91; Giuseppe de Spuches, d'una epigrafe greca trovata in Siracusa nel tempio creduto di Diana, Palermo 1864; melius apographum foras dedit Schubring, Jahrb. f. Philol. nov. ser. suppl. IV p. 672, cf. Philol. XXII p. 637, et idem alterum, Philol. XXIII p. 363 sqq. Cf. Kirchhoff, arch. Anz. 1867 p. 61. Apographum a se confectum edidit Bergmann, Philol. XXVI p. 567 addito Adleriano. Utor praeterea ectypo et apographis Kochhannii, Iacobsthalii, Lehfeldtii, altero Adleri, Luckenbachii.

Nota. Spatia sunt haec: inter litteram primam et punctum primum 1.69 m., inter punctum primum et hastam litterae septimae decimae 1.06 m., inter hastam litterae septimae decimae et punctum secundum 1.22 m., inter punctum secundum et tertium 1.24 m., inter punctum tertium et quartum 1.60 m., inter punctum quartum et litteram quinquagesimam quartam 0.96 m. Lectio medio tenus certa est praeter litteras MEN; sed inde usque ad finem lapis a superiore parte adeo mutilatus est, ut litterarum fastigia vel etiam totae litterae evanuerint. Litterae truncae tricesimae linea sinistra non est directa ad perpendiculum, sed paulum procumbit; congruunt cum ectypo apographa fere omnia. Duae hastae, quae ex littera tricesima sexta et littera tricesima septima sunt reliquae, inter se distant 0.145 m., altera hasta a littera quae cernitur proxima ꝁ 0.27 m. Litteram quadragesimam tertiam quam potui accuratissime ex ectypo delineavi, congruenter mecum e lapide exscripserunt Iacobsthal et Kochhann; Luckenbach in litteris ad me datis annotat: bei λ zwei zufällige Striche; alii praebent partim /S, partim /Ʌ. Post litteram duodequinquagesimam Bergmann habet vestigium hastae caeteris non visum. Littera duodequinquagesima a littera quinquagesima prima abest 0.30 m. Litteram quinquagesimam quartam Luckenbach affirmat esse Λ, quod corrosione simile factum sit litterae Λ; Bergmann Λ\, reliqui Λ. Post eam Bergmann praebet fere haec λ, Schubring[1] I, reliqui nihil.

Κλεομέ[ν]ης ἐποίησε [τ]ὠπέλ(λ)ωνι,
οὗ κ[ίβδ]η[λ]α [τ]ί[ι χρ]ῆσι[ν λ]η[τ]ὰ κα[τὰ] ϝέργ[α].

Scriptum enim olim fuit me iudice: ΒΟΚΙΜΔΕΛΑ.ΙΕΙ+ΡΕΣΙΝ ΛΕΤΑ.ΚΑΤΑϜΕΡΛΑ. Cleomenes, qui pro oraculo salutari sibi data gratias redditurus aliquam templi partem aedificavit, vocibus primis nullo metro inclusis subiecit versum hexametrum eadem ratione qua Hiero tyrannus, cf. n. 510. Singula brevissime absolvam. De ΒΟ pro ΒΟΥ cf. n. 20 tit. 15. Formam κίβδηλος redde etiam Pindaro in fragmento dithyrambi (n. 79 ap. Bergkium) iniuria spretam ab editoribus, quibus magis placuit κίβδαλος. Lege κίβδηλ' ἔοι. Ad λητά cf. Hesych. λητή (sic in libro manu scripto; M. Schmidt: ληττή)· ἱέρεια; cf. praeterea glossas λητῆρες· ἱεροὶ στεφανοφόροι, λήτειραι· ἱέρειαι τῶν σεμνῶν θεῶν, alias.

---

510 Titulus *Syracusanus*, scriptus in galea aenea, quae a. 1817 inter rudera Olympiae reperta est, deinde aliquamdiu erat Zacynthi apud Rossium Britannum, denique in museum Britannicum pervenit. Edidit Broendsted, Morgenblatt 1820 mens. Aug. Kunstblatt n. 65, post eum quum alii tum Rose, inscrr. Gr. vet. tab. VIII 1 et Boeckh, C. I. G. 16 (ubi videas priores) et Add. Cf. Broendsted, in Boettigeri Amalth. III p. 57 sqq., idem, classical journal XXIX p. 133; Leake, journal of a tour in Asia minor, p. 240; Anonym. class. journal XXXIV p. 322 sq.; G. Hermann, über Boeckh's Behandl. etc. p. 55, Meier p. 150 sqq.; idem, Hall. allg. Lit. Zeit. 1826 I p. 165 sq.; Welcker, syll. ed. alt. n. 24 p. 173 sqq. Exscripsi.

ΒΙΑΡΟΝΟΔΕΙΝΟΜΕΝΕΟΣ
ΚΑΙΤΟΙΣΥΡΑΚΟΣΙΟΙ
ΤΟΙΔΙΤΥΡΑΝΑΠΟΚΥΜΑΣ

Ἱάρων ὁ Δεινομένεος
καὶ τοί(⏑!) Συρακόσιοι τῷ Δὶ Τυρ(ρ)άν' ἀπὸ Κύμας.

i. e. Hiero Dinomenis filius et Syracusani Iovi Tyrrhena (haec arma) a Cumis (dedicaverunt); Ol. 76. 3. Plura igitur arma dedicata erant, de quibus una galea recepit inscriptionem. Boeckh in extremo titulo versum paroemiacum de industria ab Hierone eusum esse contendit; cui propter elisum α (cf. n. 476) ita assentior, ut paroemiaco hexametrum claudicantem substituam, cf. n. 509.

---

511 *Acris* (Palazzolo) intra orchestram theatri antiqui, in lapide calcario valde corroso, a dextra mutilo, litteris neglegenter sculptis, adesis, lectu difficillimis. Exscripserunt Schubring, qui edidit in Jahrb. für Philol. suppl. IV p. 668, et Kaibel; utor schedis utriusque.

Schubring:

ΙΟΝΙ
\ΚΞΙΝ:ΡΑΙΝ
ΑΞΤΙϽΝΤΚ/
ΙΝ:ΒΟΤΞΚ
·ΝΙΝΚΞΠ›
ΞΙΣ‹

Kaibel:

//////Ο////////
ΚΡ◡ΙΝ:ΤΑΙΔ:
Ν:ΤΟΝΤΞ\///
ΙΝ:ΒΟΤΞ\////
ΝΙΝΚϹ///////
////ΞΙΣΩ vacat?
vacat.

511a Titulus *Syracusanus*. Lapis sepulcralis, qui servatur Athenis in aula musei. Edidit Milchhoefer, Mittheil. des deutschen arch. Inst. zu Athen. V p. 175.

ΑΝΑΞΑΓΟΡΑ
ΣΥΡΑΚΟΣΙΑ


Ἀναξαγόρα Συρακοσία.

512 Titulus *Imacharensis*. Caduceus aeneus 0.52 m. long. initio huius saeculi prope Nissoriam repertus; servatur nunc in museo Panormitano. Inscriptionem in scapo incisam edidit Baldassare Romano, Giornale di scienze, lettere ed arti per la Sicilia, a. 1835, tom. 53 p. 217 sq. et a. 1836 tom. 57 p. 152 sqq.; accuratius Salinas, arch. Anz. a. 1865 p. 140 et libello singulari, il caduceo degli Imacaresi, a. 1879.

ΙΜΑΧΑΡΑΙ ΟΝΥΜΑΛΛΟΞΙΟΝ ΟΝ

Salinas: le iscrizioni son due; l'una più recente, sebbene di forme abbastanza arcaiche, ha con lettere profondamente incise ΙΜΑΧΑΡΑΙ ΟΝ ΟΣΙΟΝ; e l'altra a tratti più leggeri lascia scorgere solo le lettere Γ...ΛΛΙΛ...ΙΟΝ (in Indice arch. Γ.....ΑΓΡΑ....ΙΟΝ). È dunque evidente che il caduceo fosse „sacro degli Imacaresi," e che questa sua consacrazione s'incidesse sovra di una iscrizione preesistente. — Si liceat putare aliquot lineas oblitteratas inter ΑΙΟΝ et ΟΣ pertinere ad titulum recentiorem, legam Ἰμαχαραίων [δ]αμόσιον.

512a Titulus *Gelensis*. Lamina aenea, 0.003 m. crass., ab una parte fracta, caeterum integra, eruta est Olympiae apud Altis murum meridionalem. Olim ad aliquam superficiem aequam affixa erat fibulis, quarum duae servatae sunt, et clavis, de quibus unus foramen reliquit. Titulus litteris tenuibus ea via videtur incisus esse, ut primo margines laminae sequeretur, tum in mediam se inflecteret. Ex ectypo et Furtwaengleri apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 161; aere ante robiginoso perpurgato plenius apographum et ectypa confecit summisitque Purgold.



Notae Purgoldii. Ante litteram Γ nihil periit. In nomine Μενεκράτιος littera ι, de qua illum percontatus eram, iam est clarissima. In versu medio ad dextram vestigia non omni ex parte certa litterae Τ. Ad sinistram post ΟΙ spatium vacuum.

Παντάρης μ' ἀνέθηκε Μενεκράτιος, Δεῖ[ς ἆθλον]
[ἅρματι(?) νικάσας, πέδον ἐκ κλει]τοῦ Γελοαίου.

Pantarem intellegendum esse patrem Cleandri et Hippocratis tyrannorum Gelensium, de quo mentionem fecit Herodotus VII 154, non fugit Purgoldium. Itaque titulus saeculo sexto exeunte vix recentior est. Cum genetivo Μενεκράτιος cf. Τιμοκράτιος tab. Heracl. I 118.

513 Titulus *Gelensis*. In astragalo aeneo in Sicilia reperto, qui asservatur in Britannia; ex Forchhammeri apographo titulus editus est ab E. Curtio, C. I. G. 8521.

ΤΟΝCΕΛΟΙΟΝΕΜΙ

Τῶν Γελῴων εἰμί.

514 Titulus *Selinuntius* vel Megaricus ductu lato incisus in lamina aenea fere 0.0015 m. crass., aliquot locis robiginosa, cuius sex fragmenta Olympiae effossa sunt. Fragmentum *a*, 0.19 m. alt., 0.095 m. lat., superne integrum, sinistra desectum, caeteroqui fractum, barbara aetate perforatum, effossum est intra Leonidaeum. Ex Furtwaengleri apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 163. Fragmentum *b*, 0.135 m. alt., 0.07 m. lat., supra ut videtur integrum, ad sinistram desectum, a reliquis partibus fractum, repertum est a Pelopio ad meridiem et occidentem versus. Ex Purgoldii apographo, quod mancum erat dextra parte aeris tum temporis nondum revoluta, edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVIII a. 1880 p. 66. Fragmentum *c*, 0.015 m. alt., 0.032 m. lat., undique mutilum, effossum ante Heraei latus occidentale. Fragmentum *d*, 0.09 m. alt., in parte inferiore 0.035 m. lat., infra incolume, erutum a prytaneo ad septentriones versus. Purgoldii apographo usus edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVIII a. 1880 p. 119. Fragmentum *e*, 0.08 m. alt., 0.045 m. lat., infra incolume. Ex R. Weilii apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI a. 1878 p. 143 tab. XIX 3. Fragmentum *f*, 0.095 m. alt., 0.33 m. lat., sinistra et dextra et supra fractum, infra integrum, effossum ab ecclesia Byzantina ad meridiem et orientem versus. — Imagines dimidiam magnitudinem aeris repraesentantes expressae sunt maximam partem ad fidem apographorum Purgoldianorum, ectypis fragm. *b* et *f* adhibitis; imagines fragmentorum *a* et *d* repetuntur ex diario archaeologico, illius imago correcta ex Purgoldii notis.

(*Textum vide p. 148.*)

Potiores varietates lectionis et Purgoldii notae. Fragm. *a*. Supra versum primum lineolas brevissimas litterarum vestigia esse negat Purgold; vs. 1 Purgold post Σ indicat fuisse non Θ, sed potius litteram ab hasta incipientem; vs. 2 litt. 7 Purgoldio olim videbatur esse Ꝋ; postea nuntiavit nihil certum esse nisi hastam et posse illam litteram fuisse Τ; vs. 3 fin. littera dubia. — Fragm. *b* vs. 2 punctum in littera Θ consulto incisum est. — Fragm. *f* vs. 2 inter Ͱ et Ε in ectypo cerno ꟼ; vs. 3 litterae magnam partem fractura dimidiatae sunt; littera, quae a dextra manu fuit octava, intercidit; deinde, ut videtur, Я mutilum et post alterum spatium Ο ipsum quoque truncum, utramque non adeo certum; post lacunam 3 et pars inferior litterae Ꝋ; tum Ǝ et Α; inter duo Α vestigia superare videntur ex littera Λ; sequitur locus corrosus; hunc excipiunt septem litterae clarae; post eas linea inferior transversa fortasse casui tribuenda, sed hasta directa et mox pars inferior lineae obliquae sunt genuinae; ad sinistram litterae ΟΝ admodum dubiae; vs. 4 Ϙ est certum; vs. 5 ad dextram littera Θ, quae nunc laesa est, integra erat, quum aes a terra proveniret; ibidem supra litteram quartam t ectypum lineam transversam quamvis incertam videtur praebere; vs. 6 ad sinistram litterae ΜΟ (in apographo ΝΟ) prorsus incertae; certa littera Ο, quae illis vicina est; deinde fortasse Ν.

a

b

c

d

e

f

Haec sex fragmenta de una tabula restare probat summa scripturae similitudo, atque fragmenta *a* et *b* parti superiori, fragmenta *d e f* inferiori tribuenda esse ostendunt margines antiqui servati. Neque opinioni multis nominibus commendabili obstare debet, quod fragmenti *a* versus ultimi litteris minoribus scripti et artius locati sunt quam fragmentorum *d e f*; potuit enim scriba, postquam se iniuria de capacitate tabulae dubitasse intellexit, ad amplius scribendi genus redire. Fragmenta *d* et *e* ex ea tabulae parte restare, quae ad sinistram fracturam fragmenti *f* olim sese applicabat, docet versuum dispositio; is enim versus, qui in fragmento *f* est septimus, in deperdita tabulae parte prope sinistrum marginem se denuo convertit ita ut ultimus versus universi tituli non per totam tabulae latitudinem productus dextrorsum curreret; atque convenit locus in fragmento *f* infra vacuus tanto fere spatio locum in fragmentis *d* et *e* vacuum superans, quantum unus versus occupare solet.

Iam si ad haec fragmenta interpretanda accedimus, id mihi videtur dubitari non posse, quin in fragmentis *b* et *f* dexter margo si non tabulae at certe tituli partim inviolatus partim paulum violatus supersit. Minus confido ordine et intervallis, quae in fragmentis *d e f* sumpsi; inter fragmenta *a* et *b* lacuna maior videtur esse, quam quae probabiliter expleri aut taxari possit. Fragm. *a b*. Vss. 1. 2 (*a*) [Με]γαρίδος — — (*b*) [α]ἰ τί κ[α ...]λιο(?) — — (*a*) [κα]ταπ[ε]μψάσ[θ]ω. Vss. 3. 4 (*a*) μεττοὶ (-ῷ)(?) α[— — (*b*) ο]μόσθω [ἀλ]λὰ δα — — seu [τἄλ]λα δ' α — — (*a*) πεύσθω, αἰ. Vss. 5. 6 (*a*) [χρή]ματα δαμι[ούτω — — ἰ] (*b*) αἰσιμνᾶ[τ]ας [ ]ὅπε[ρ κα μὴ ᾖ (?) — —] (*a*) ἱαρὸν καὶ[(τ) τὸν νόμον]. Vss. 7. 8 (*a*) --μενος (vel --μένῳ) ἔχεν — — (*b*) ἔτω ἐκ [τ]ᾶς νᾶς(?) ἐς — — (*a*) [τ]ίνες ἔστω αἴ[τα]. Vss. 9. 10 (*a*) — α φεύγον [— — ἐν Σ](*b*)ελινόεντι ϝοικῇ ἐλ[— — Μεγαρ](*a*)εὺς μὴ παϝ(?). Vss. 11. 12 (*a*) [τὰ χ]ρήματα τῷ seu τᾶ[ν — —] (*b*) ι ἀνέτω σὺν τῷ Μεγα[ρεῖ — — τοις] (*a*) ἀντα τοὶ υ[ἱοί](?) an Ὑ[βλαῖοι]? Vs. 13 δυοδέκατος. Vs. 14 [τ]οὶ παῖδες. Vs. 15 τοὶ παῖ[δες]. Vs. 16 [α]ἰσχρόν, an nomen proprium? — Fragm. *d e f* Vss. 2. 3 (*f*) --αν [᾽]εκατέρω ἀπο[γραφεῖ](?) Vss. 4. 5. 6. 7. 8 (*d*) [τ]ὰ χρ[ήματα τὴπιβα(λ)λ](*e*)ο[ντα αὐτοῖς ἐπεί κ' ὁ](*f*) π[ατ]ὴρ ἀποθάνῃ, αἴ κα λῶν[τ]ι ἀποδόσθαι, οὐ κωλύ[εσθ]ον. [τ]οὶ δὲ πρόσθε ἔφευγον τῶν γρα(μ)μάτων [τ]ῶν π[ερὶ — — καὶ πε](*e*)ρὶ κρ[— — καὶ περ](*d*)ὶ ἀνε[σίω]ν(?) καὶ [περὶ μεξαλ](*e*)λᾶν(?) [καὶ περὶ — —] (*f*) μόνων, τούτοι οὐκ ἐνέχονται, οὔτ' αὐτοὶ οὔτε τοὶ σὺ[ν τού]τοις φυγόντες. τῶδε (τὸ δὲ?) ϝέτος ἄρχει ὀλυμπιὰς [ᾇ ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος] (*e*) -ς, Ἐπα- [ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος] (*d*) -ακρα[το]ς τὸ[ν ἀγῶνα ἔθεν] (*e*) [θ]εν [ἐν Ὀλυμπίᾳ]. — *b* vs. 5. Nomen aesimnatarum sic in syllaba secunda scriptum iam bis inventum est, apud Megarenses (Le Bas n. 35*a*) et Chalcedonios eorum colonos (C. I. G. 3794 αἰσιμνῶντες); utroque loco lectio est certa (cf. Foucart, not. ad n. 35*a* p. 25 et 26). *b* vs. 8, cf. Hesych.: νῆς· τὸ ὄνης, ὅπερ ἐστὶν εἰς τρίτην· Δωριεῖς δὲ νᾶς (cod. νῆς) λέγουσι; commodius litteras ασναεσ nunc nequeo expedire. *b* vs. 12 Μεγαρεῖ, cf. Μείξιος n. 344. *f* vss. 4. 5. Ad κωλύεσθον cf. vss. 2. 3 ἐκατερ-. Litteram Φ in Θ mutandam esse iudicavi, quandoquidem saepius, sive in aere sive in apographo, intra Θ altera linea videtur deesse, cf. Φ *a* vs. 2 et Θ utique mendosum *e* vs. 8. *d e f* vss. 7. 8. Loco mutilo olympias notata erat, ni fallor, nominibus duorum hellanodicarum; quod si verum est, titulus olympiadem quinquagesimam aetate non superat. Continet ille autem, quantum cognosci potest, pactionem iureiurando firmatam de bonis eorum, qui exules Megaris Selinuntem transmigraverant, factam a Megarensibus et ab exulibus vel Selinuntiis causam eorum agentibus. Quam pactionem ut facerent, Megarenses ea re videntur esse commoti, quod numerus eorum, qui lege quadam (τὰ γράμματα τὰ περὶ κτλ. *f* vs. 5 sq.) a factione victrici scita e patria cedere coacti erant, tantus evaserat,

ut verendum esset, ne vi redirent. Ei autem qui ante illam legem sanctam alias ob causas fugerunt, beneficio pactionis excluduntur. Utrum Nisaea an Hyblaea sint intellegenda Megara, non liquet; illa quidem ex urbe in tumultibus domesticis, quibus saeculo sexto vexabatur, tot homines — inter eos Theognis — quum alio tum in Siciliam videntur fugisse, ut eius generis pactione opus esse posset.

515 Fragmenta lapidis tofini, 0.435 m. alt., 1.40 m. lat., 0.60 m. crass., reperta *Selinunte* vere a. 1871, quum templum Apollinis effoderetur; is lapis olim pars erat antarum ad portam adyti; exstat nunc in museo Panormitano. Litterae fere 0.03 m. sunt altae. Ediderunt et interpretati sunt quum Itali tum Holm, bullettino della commissione di antichità e belle arti di Sicilia, n. 4, p. 24 sqq.; Sauppe, Goett. Nachr. a. 1871 p. 605 sqq.; Holm, mus. Rhen. a. 1872 p. 353 sqq.; Benndorf, bullettino dell' inst. arch. a. 1872 p. 271 sq.; Schubring, arch. Zeit. a. 1873 p. 71. p. 101 sq.; Benndorf, Metopen von Selinunt, p. 27 sqq., cuius exemplum accuratissimum hic repetitur; anonym. philol. Anz. 1874 p. 52 sqq. p. 55; Blass, mus. Rhen. XXXVI a. 1881 p. 615 sq.

ΑΤΟΣΘΕΟΣΤΟ ΔΕΝΙΚΟΝΤΙΤΟΙΣΕΛΙΝΟΝ
ΑΤΟΝΔΙΑΝΙΚ ΜΕΣΚΑΙΔΙΑΤΟΝΦΟΒΟΝ
C ΗΕΡΑΚΛΕΑΚ ΙΔΙΑΠΟΛΛΟΝΑΚΑΙΔΙΑΠ
Ε ΝΑΚΑΙΔΙΑ ΤΥΝΔΑΡΙΔΑΣΚΑΙΔΙΑΘ
ΝΙ ΑΝΚΑΙΔΙΑΜ ΑΛΟΦΟΡΟΝΚΑΙΔΙΑΠΑΣΙ
ΡΑ ΕΙΑΝΚΑΙΔΙ ΤΟΣΑΛΛΟΣΘΕΟΣΔΙΑΔΙΑ
ΜΑ ΙΣΤ ΦΙΛΙΑ ΡΕΣΕΝΟΜΕΝΑΣΕΝΧΡΥΣ
ΕΟ ΕΛΑ ΝΤΑ ΥΜΑΤΑΤΑΥΤΑΚΟΛ
ΑΨΑΝΤ ΟΛ ΟΝΙΟΝΚΑΘΘΕΜΕ
ΝΤΟΔΙΟ ΣΡΑ ΕΣΤΟΔΕΧΡΥΣΙΟΝ
ΕΞΕ ΛΑΝΤΟΝ ΕΝ

[Δι]ὰ τὼς Θεὼς τυ[σ]δε νικῶντι τοὶ Σελινο̃[ντιοι]·
[δι]ὰ τὸν Δία νικ[ῶ]μες καὶ διὰ τὸν Φόβον [καὶ]
δ[ιὰ] Ἡρακλέα κ[α]ὶ δι' Ἀπόλλωνα καὶ διὰ [Ποτ]-
ε[ιδᾶ]να καὶ δι[ὰ] Τυνδαρίδας καὶ δι' Ἀθ[α]-
ν[ᾶ]αν καὶ διὰ Μ[α]λοφόρον καὶ διὰ Πασι[κ]-
ρά[τ]ειαν καὶ δι[ὰ τ]ὼς ἄλλως θεώ[ς], [δ]ιὰ δ[ὲ] Δία
μά[λ]ιστ[α]. φιλί[ας] δὲ γενομένας ἐνχ[ρ]υσ-
ίω[ς] ἐλά[σα]ντα[ς, τὰ δ' ὀν]ύματα ταῦτα κολ-
άψαντ[ας ἐς τὸ Ἀπ]ολ[λ]ώνιον καθθέμε-
ν, τὸ Διό[ς προ]γρά[ψαν]τες· τὸ δὲ χρυσίον
ἑξ[ήκοντα τ]αλάντων [ἦμ]εν.

Selinuntii imminente aliquo bello, quod quocum et quando gestum sit nescitur, fisi pristinis victoriis vovisse videntur deis, quos nominatim enumeraverunt, si denuo vicissent (*αἰ δέ κα καὶ τοῦτο νικάσωμες* vel sim.), statuas eorum aureas cum nominibus se dedicaturos esse; post quum res praeter opinionem ita cecidisset, ut nec vincerent nec vincerentur, sed in gratiam cum adversariis redirent, tamen non fraudandi erant dii donis promissis; itaque statuae in Apollonio collocatae sunt et ex voto prope in eodem templo propositum est exemplar illius ipsius decreti in lapide incisum; eo tamen in exemplari pro verbis iam non idoneis *αἰ δέ κα καὶ τοῦτο νικάσωμες* substituta sunt haec: *φιλίας δὲ γενομένας*. Sic discrepantia, quae est inter vss. 1. 2 *νικῶντι νικῶμες* et vs. 7 *φιλίας δὲ γενομένας*, explicatur. — Vs. 2. *Φόβος* est Mars, ut vs. 5 *Μαλοφόρος* Ceres, *Πασικράτεια* Proserpina. Vs. 8. Schubring proposuit: *ἐνχ[ρ]ύσεο[ν]*, tabulam auream; at si imago ad verum expressa est, lacuna litteram Ν non capit. Vs. 10 *προγράψαντες*, soloecismus vix mirandus in dictione compluries neglegenti: cf. *νικῶντι* et *νικῶμες*, deinde *τὸν Δία, τὸν Φόβον* et *Ἡρακλέα, Ἀπόλλωνα* etc. Blass tituli partem extremam sic restituendam censet:

vs. 7 φιλί[ας] δὲ γενομένας ἐν χ[ρ]υσ-
ίω[ι τ]ελε[υτῶ]ν α[ὐτὰ τ]ὠνύματα ταῦτα κολ-
άψαντ[ας ἐς τὸ Ἀπ]ολ[λ]ώνιον καθθέμε-
ν, τὸ Διό[ς δ' ἐκ]κρῖν[αι. καὶ] ἐς τόδε χρυσίον
ἑξ[ήκοντα τ]αλάντων [δό]μεν.

At ab apographo Benndorfiano, quo Blass non usus esse videtur, haec longius recedunt, quam ut assentiri liceat; nisi forte relecto lapide illud parum fidum apparebit.

516 In giso tofino, quo magna ara videtur fuisse ornata, 0.15 m. alto, 1.15 m. longo, ad dextram fracto, effosso a. 1865 *Selinunte* in acropoli inter templa, quae in Benndorfii ichnographia signantur litteris *C* et *D*; servatur in museo Panormitano. Cavallari, bullettino dell' inst. arch. a. 1868 p. 88; Schubring, arch. Zeit. a. 1873 p. 101; Benndorf, Metopen p. 35, unde repeto.

ΛΟΝΟΣ ΠΑΙΑΙ ΟΣ
ΑΝΑΙΑΣ

[— — Ἀπόλ]λωνος Παιᾶ[ν]ος
[— — Ἀθ]αναίας.

Pars tituli periit in altero lapide, qui hunc a sinistra excepit.

517 Fragmentum cymatii tofini gypso tecti, 0.264 m. alti; erutum est vere a. 1874 *Selinunte* ad occidentem Selinuntis fluminis prope templum parvum; servatur in museo Panormitano. Fascia, in qua titulus litteris 0.015 m. altis incisus est, 0.077 m. est alta, 0.367 m. longa; sinistra pars tituli deleta est, dextra facilis ad legendum. Ugdulena, giornale di Sicilia, d. 1 et 24 m. Iunii; Cavallari ibid. d. 13 m. Iunii; Holm, Jahresber. I p. 81 sq., unde titulum depromo.

0.13 m.	ΣΙΙΟ ΕΝΟΝΟΣ
0.132 m. <	ΝΟΙΤΑΙΗΕΚΑΤΑΙ
Α 0.12 m.	Ε

Nota. Vs. 1 init. Ugdulena . . . . ΕΦΑΣ. Littera Φ Holm non confidit; idem inter Ο et Ε propter spatii latitudinem intercidisse indicat Μ.

[Τηλ]εφᾶς(?) ὁ [Μ]ένωνος s. [Ζ]ήνωνος s. [Ξ]ένωνος
[ἐπὶ τῷ]ι νῷ τᾷ Ἑκάτᾳ
ἀ[νέθηκ]ε.

518 Titulus *Zanclaeus*. Lamina aenea, 0.00075 m. crass., reperta Olympiae, in regione Philippei ante murum periboli, undique mutila, nisi quod margo dexter vss. 2—5 et fortasse margo superior supra litteras OΝ serratus est. Ediderunt Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI p. 141 tab. XVIII 5, et Curtius, Ausgrab. zu Olymp. III tab. 25. Utor ectypo; imago repraesentat dimidiam magnitudinem.



Nota. Vs. 1. In littera secunda linea transversa admodum tenuis fortasse casui debetur, ut diiudicari nequeat, utrum ea littera fuerit H an Π. Vs. 3. Sculptor litteram O superiore loco, quam debuerat, incidit, deinde suo loco repetivit.

Vss. 3. 4 [δικα]ζόμενος νικηθείη. Vss. 5. 6 [πο]λεμίους βληθῆναι, quo in verbo sculptor litteram V parum scite exaravit, ut litterae V fieret similis. Vss. 7. 8 [Δα]νκλαῖον κ[αὶ] τὸν Δα[νκλαῖον]. Vss. 9. 10 [τοῖ]ς συνμά[χο]ις οὖς —.

Titulum ante Zanclen a Samiis captam (a. 494) esse scriptum annotavit Kirchhoff.

---

519 Titulus *Chalcidicus*. In duabus pateris ex collectione Campoliana, quae erat Terranovae (Gelae), in museum Panormitanum delatis, leguntur duo tituli simillimi (cf. n. 520). Litterae 0.007—0.008 m. altae in margine acu non satis stabili incisae sunt. Apographa subministraverunt Schubring in diario et Holm in litteris ad me datis.

HIΠΟΔΡΟΜΕΣΤΟΔΕΔΟΔΟΝΠΕΔΙΟΙ

Ἱπ(π)οδρόμης τόδε δῶρον Πεδιοῖ, ab Hippodroma hoc Pedio (ni fallor ipsi quoque feminae) donum datum est. Titulum non Gelensem, sed Chalcidicum esse apparet.

---

520 Titulus *Chalcidicus* in patera incisus; cf. n. 519.

ΑΡΦΥΛΕΣΤΟΔΕΔΟΟ.ΟΝΠΕΔΙΟΙ

Ἀρκύλης τόδε δῶ[ρ]ον Πεδιοῖ, ab Arcyla hoc Pedio donum datum est. Parilis horum titulorum conceptio explicatur, si utrumque ab ipsa Pedio incisum esse putamus. Quod autem duae feminae similia vasa Pedio donaverunt et quod haec vasa coniuncta usque ad hoc tempus servata sunt, mirum videri potest neque tamen satis est ad suspicionem falsi firmandam; conicere licet ea in sepulcro reperta esse.

---

521 Titulus *Chalcidicus*, in ansa aenea reperta Agrigenti; edidit, qui possidebat, Baldassare Romano, antichità inedite di vario genere, Palermo a. 1854, p. 16, tab. 6 n. 14.

ΨΡΥΣΙΠΟ

Χρυσίπ(π)ου. Littera Ψ documento est illud vas olim ex aliqua Chalcidica colonia Agrigentum delatum esse.

---

522 Titulus *Longenaeus* in caduceo aeneo musei Britannici reperto in sepulcro Siciliensi. Fraenkel, arch. Zeit. XXXIV p. 40.

ΛΟΝΓΕΝΑΙΟΣΕΜΙΔΕΜΟΣ....

Λογγεναῖός εἰμι δημόσ[ιος]. Hunc caduceum gestavit praeco publicus urbis Longanae haud procul a Messana sitae; eam, quo tempore a Chalcidensibus incolebatur, Longenen appellatam esse consentaneum est. Ad Λ cf. not. n. 533.

---

523 In frusto argenti ex Sicilia oriundo, pondere 730 grammatum, forma oblonga inaequabili; Thermis, ubi nunc Termini, apud Iosephum di Giorgio, rerum antiquarum mercatorem, exscripsit Mommsen.

ΔΙΟΣΛΥΚΑ

ΝΟ⅃ΛΑƎ⊥

Διός· Λύκα, Τρυγών (sc. ἀνέθηκαν). Meretriculae — nam harum feminarum de arte sordida eam ob causam non dubito, quia non alterutra sed utraque nomine bestiae utitur neque adduntur nomina patrum aut maritorum — Iovi pro quaesta amplo hoc argentum dedicaverunt. Qua autem in urbe Siciliae Dorides illae incoluerint, in medio relinquitur; si argentum Himerae in urbe propinqua repertum esse constaret, titulum tribuerem Doricae incolarum parti.

XXIV.

TITVLI ITALIAE,

COLONIARVM CHALCIDICARVM CVM ALPHABETIS IN ETRVRIA REPERTIS, COLONIAE LOCRENSIS, COLONIARVM ACHAICARVM, COLONIARVM LACONICARVM, ORIGINIS IN ITALIA DVBIAE.

524 Inscriptio seu incisa est in lecytho 0.057 m. alta, reperta a. 1843 in sepulcro *Cumano*, fodiente Britanno Vernon. Minervini, bullett. Napol. a. 1844, II p. 20 sq. tab. I 1. 2; repetiit E. Curtius, C. I. G. 8337.


Ταταίης εἰμὶ λήϙυθος· ὃς δ' ἄν με κλέψῃ, [θ]υφλὸς ἔσται. Ad vocem *θυφλός* cf. *ἐθέθην* n. 525.

525 In lebete aeneo 0.18 m. alto, 0.4 m. in diametro habente, qui ex sepulcro *Cumano* ablatus est; inscriptio in summo margine acuto scalpro ductu tenui incisa tamen fere ubique clara et perspicua servata est. Ex collectione Payne-Knightiana pervenit in museum Britannicum. Classical journal I p. 329 sq.; Rose, inscrr. Gr. vet. p. 65 tab. VII 2; Boeckh, C. I. G. 32 et add.; K. F. Hermann, Heidelb. Jahrb. a. 1827 p. 998; Bursian, mus. Rhen. XVIII p. 451; denuo exscripsit von Duhn, annali dell' inst. arch. a. 1880 p. 344. Exscripsi, utor ectypo stanneo. Intervalla litterarum in imagine artata sunt; vera enim tituli longitudo est 0.251 m.

Var. lect. Post ΑΘΛΟ litteras ΙΣ paulum corrosas et adesas primus perspexit von Duhn, quum antea lectum esset Ν. Idem in extremo titulo praebet ΘΕΝ.

Ἐπὶ τοῖς Ὀνομάστου τοῦ Φειδίλεω ἄθλοις ἐθέθην, in ludis funebribus, qui in honorem Onomasti, Phidilai filii, celebrati sunt, propositus sum. Ad *ἐθέθην* cf. n. 524 *θυφλός*.

526 Titulus *Chalcidicus* incisus sub fundo paterae parvae nigrae musei Berolinensis, nescio ubi inventae. Exscripsit R. Weil. Contuli.



Χαρίλεώ εἰμι ΙΝ?

527 In tabula tofina cana, c. 0.67 m. altitudine, 0.67 m. latitudine, 0.28 m. crassitudine, litteris maximis; eruta est prope *Cumas* a comite de Syracusis, nunc servatur Neapoli in museo. Minervini, bull. Napol. nov. ser. a. 1858 VI p. 49 sqq. tab. 1; Kirchhoff, Stud.[3] p. 107. Exscripsi.



Κριτοβούλης.

528 In tabula tofina *eodem loco* inventa ibidemque servata atque ea quae praecedit; ex hoc lapide sepulcrali atque aliis lapidibus compositum erat alterum sepulcrum recentius forma cistae, quod vas cinerarium aeneum continebat. Quum tofus humore assiduo marcidus esset fractus, pars infima periit; ea, quae reliqua est, fere 0.4 m. alta, 0.54 m. lata est. Minervini, bull. Napol. nov. ser. a. 1858 VI p. 65 sqq. tab. 2; Kirchhoff, Stud.[3] p. 107. Exscripsi.

ΔΕΜΟΧ
ΣΟΘΙΡΔ
ΜΜΙΤΟ

Δημοχάρδός εἰμι τοῦ — —.

529 In fundo paterae parvae aeneae reperto inter cineres *eodem loco* quo tituli superiores. Minervini, bull. Napol. nov. ser. a. 1858, VI p. 68.

ΔΕΜΟΝΟΣ

Δήμωνος.

530 In amphora *Cumana* collectionis comitis de Syracusis, litteris incisis. Bullett. Napol. VII p. 136; Kirchhoff, Stud.[3] p. 107.

ΧΑΙΡΙΟΙΕΜΙ

Χαιρίω εἰμί, Chaeriae sum.

531 In patera *Cumana* eiusdem collectionis, litteris incisis. Bullett. Napol. VII p. 136; Kirchhoff, Stud.[3] p. 107.

ΒΙΟΤΟ

Βιότου.

532 Titulus *Rheginus*. Marmor Parium 0.26 m. alt., 0.98 m. long., 0.755 m. crass., repertum Olympiae ab Heraeo ad meridiem; litt. alt. 0.02—0.026 m. Ad dextram et ad sinistram similia marmora, quae interierunt, hoc exceperunt. Edidit Furtwaengler, arch. Zeit. XXXVII p. 149 sqq. Imago sextae parti verae magnitudinis respondet. Ectypum contuli.

ΝΙΟΣΕΟΙΚΕΟΝΕΝΤΕΣΕΕΙ
ΝΚΑΙΘΕΑΙΣΠΑΣΑΙΣ
ΑΙΧΡΕΜΑΤΟΝΗΟΣΣΑΣΟΙΓVΕΙΣΤΑΕΣΕΝ
ΕVΘΟΝΕΠΕΙΤΑΕVΧΑΜΕΝ

Supersunt haec ex basi donariorum a Micytho Rhegino dedicatorum; cf. Herod. VII 170: ὁ δὲ Μίκυθος, οἰκέτης ἐὼν Ἀναξίλεω, ἐπίτροπος Ῥηγίου καταλέλειπτο, οὗτος ὅς περ ἐκπεσὼν ἐκ Ῥηγίου καὶ Τεγέην τὴν Ἀρκάδων οἰκήσας ἀνέθηκε ἐν Ὀλυμπίῃ τοὺς πολλοὺς ἀνδριάντας; Pausan. V 26: τὰ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀναθήμασιν ἐπιγράμματα καὶ πατέρα Μικύθῳ Χοῖρον καὶ Ἑλληνίδας αὐτῷ πόλεις Ῥήγιόν τε πατρίδα καὶ τὴν ἐπὶ πορθμῷ Μεσσήνην δίδωσιν· οἰκεῖν δὲ τὰ μὲν ἐπιγράμματα ἐν Τεγέᾳ φησὶν αὐτόν, τὰ δὲ ἀναθήματα ἀνέθηκεν ἐς Ὀλυμπίαν, εὐχήν τινα ἐκτελῶν ἐπὶ σωτηρίᾳ παιδὸς νοσήσαντος νόσον φθινάδα. Itaque haec fere supplementa titulus sibi postulat:

[Τὰ ἀγάλματα τάδε Μίκυθος ὁ Χοίρου, Ῥηγῖνος καὶ ἀπὸ πορθμοῦ Μεσση]νιος ϝοικέων ἐν Τεγέῃ,
[χάριν ἀξίην ἀποδιδοὺς ἀνέθηκα ὑπὲρ υἱοῦ φθισιῶντος θεοῖς πᾶσι]ν καὶ θεαῖς πάσαις·
[ἐπεὶ γὰρ ἐμοὶ ἐς τὴν ἰητρικὴν τέχνην ἀναλώματα χρόνου καὶ πόνου κ]αὶ χρημάτων, ὡς σαϝεῖ, πλεῖστα ἐγέν[ετο]
[καὶ οὐδὲν ἐπέρανα — — — — — — — — — ἐπὶ πᾶν] ἐλθών, ἔπειτα εὐξάμεν
[— — — —].

Hic titulus necessario recentior est anno Ol. 78. 2, quo anno Micythus Rhegio Tegeam demigravit, cf. Diod. XI 66; quin etiam seriorem terminum lucramur, si recte Furtwaengler coniecit haec marmora quondam collocata fuisse in fundamento quodam ex lapidibus calcariis composito, a templo Iovis ad septentriones versus sito; quod quam exstructum sit supra eam humi straturam, cui recrementa templi intermista sunt, haud antiquius medio saeculo quinto haberi potest. Supplementa, quibus sententiarum ordinem adumbrare studui, ut a vera ratione labantur, me non fugit posse fieri; ac si quis vs. 3 pro ὡς σαϝεῖ (i. e. σῴζοι) lectionem ὅσσα ϝοι non uno nomine improbandam tueri constituerit, longe alia ei erunt fingenda. — Vs. 4 εὐξάμεν scripsi, non εὐξάμεν[ος], ut etiam hic versus voce integra finiretur.

533 Titulus *Rheginus*. Marmor Parium (*a*), 0.285 m. alt., 0.45 m. lat., 0.51 m. crass., repertum Olympiae prope templum Iovis inter septentriones et orientem solem; ad dextram manum et a parte postica fractum est, ad sinistram olim sese applicabat ad alterum lapidem, cuius fragmenta (*b*—*f*) pusilla videntur superesse. Altitudo litterarum est 0.02—0.026 m. Tit. *a* edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI p. 139 tab. XVII 1, ectypo usus, quod ego quoque adhibui; fragmenta *b*—*f* minore forma expressa mutuor ex Furtwaengleri editione, arch. Zeit. XXXVII p. 149 sqq.

a

b *c* *d* *e* *f*

Nota. Vs. 1. Litteram O ipse lapidarius correxit superincisa littera C. Vs. 3 fin. Margo fractus vestigium litterae extremae dubiam reddit. Haec pertinent ad titulum simillimum eius, qui praecedit:

[Τὰ ἀγάλματα τάδε Μίκυθ](*b*)ος [ὁ Χοίρου, Ῥηγῖνος](*c*) κ[αὶ ἀπὸ πορθμοῦ Μεσσήν]ιος, ϝοικέων ἐ[ν Τεγέῃ],
[χάριν ἀξίην ἀποδιδοὺς ἀ](*b*)νέθ[ηκεν ὑπὲρ υἱοῦ φθισιῶντος θεοῖς πᾶσιν] καὶ θεαῖς πάσα[ις]·
[ἐπεὶ γὰρ ἐμοὶ εἰς τὴν ἰητρικὴν τέχνην ἀναλώματα χρόνου καὶ πόνου κ]αὶ χρημάτων, ὥ[ς σαϝοῖ, πλεῖστα ἐγένετο]
[καὶ οὐδὲν ἐπέρηνα — — — — — — — — — — ἐπὶ πᾶν] ἐλθών, ἔπειτα ε[ὐξάμην]
[— — — —].

Propter magnitudinem basis nimirum tituli dedicationis duo in oppositis lateribus incisi erant. Quamvis autem magna sit litterarum imprimis litterae sibilae similitudo, tamen non putaverim eadem eos esse exaratos manu. Non quo provocem ad litteras in illo titulo, n. 532, toto στοιχηδὸν dispositas, in hoc non nisi ex parte; nam potuit sane etiam idem lapicida, si hunc prius scripsit titulum, versu secundo nondum confecto ab incuriosa litterarum collocatione ad pulcriorem et elegantiorem ordinem transire, eundem servare in titulo n. 532 exinde scripto. Neque gravioris momenti est spiritus asper illic scriptus, hic omissus. Sed movent me quom litterae λ diversa scriptura, quam citra necessitatem nolim uni scribae vindicare (cf. autem n. 105), tum litterae α linea transversa in illo titulo ubique librata, in hoc ubique prona. — Iam dixerit quis litterae λ formis variantibus nisus iussu Micythi alterum lapicidam in illo titulo usum esse scriptura et dialecto coloniarum Chalcidicarum, alterum in hoc titulo scriptura et dialecto Arcadiae, novi domicilii. At secus videtur, quandoquidem participium ϝοικέων repugnat dialecto Arcadicae; deinde littera λ ad hanc rem non multam valet, quia, ut saeculo quinto in litteraturam Chalcidicam accolis freti Siculi usitatam irrepserunt litterae Ionum Asiaticorum propriae, procul dubio effecerunt Samii, qui Messanam tenebant, cf. n. 536, praeterea n. 522. — Denique utrius tituli sinistrae parti deperditae fragmenta quinque parva sint attribuenda, neque magni intersit neque scio an liquido disceptari nequeat. Neque enim ex spatio lato vacuo, quod fragmentum *b* supra versum primum, fragmentum *f* infra versum ultimum servavit, iudicii inclinationem oportet pendere, quia ectypum tituli n. 533*a*, quamquam ipsos margines lapidis non cepit, tamen docet etiam in hoc titulo versum primum et quartum supra et infra a margine lapidis satis longe abesse, certe multo longius quam linea circumscripta in imagine diarii archaeologici exprimit. Deinde ideo patet quia haec fragmenta titulo 532 adiudicanda esse, quia in fragmento *b*, quod ex versuum 1 et 2 parte priore reliquum est, litterae ex ordine videntur esse collocatae; at in tam parvo litterarum numero periculum est, ne merus casus subsit. Hic autem collocare malui illa fragmenta, quod paulo propius fidem est alterum scribam Chalcidensem forma ᐯ (n. 532 vs. 4), alterum forma ᐱ (n. 533*a* vs. 4, fragm. *f*) usum esse, quam unum utramque formam promiscue in usum vocasse.

534 In lecytho musei Vaticani, 0.17 m. alta, litteris incisis, quam a. 1836 in sepulcro *Caeretano* inter vasa Tusce inscripta repperit Galassi. Alphabetum Graecum scriptum est in imo margine, venter vasis continet syllabarium Etruscum hic non repetendum. Lepsius, annali dell' inst. arch. VIII a. 1836 p. 186 sq. tab. C 1; mus. Etrusc. Gregor. II tab. 103; Mommsen, unterital. Dial. p. 36. 51; E. Curtius, C. I. G. 8342; Kirchhoff, Stud.[3] p. 122 sqq. Depromo imaginem ex annalibus.



α β γ δ ε ϝ ζ h ϑ ι κ λ [μ] ν ⊞ ο [π] ϻ ϱ σ τ υ ξ φ χ.

Alphabetum est Chalcidicum. Notabis formam litterae ν ab usitato more recedentem. Littera ⊞ (samech) locum suum in ordine litterarum servavit, quamquam ei in illa scriptura nullus sonus respondebat; nam sonus ξ ibi exprimebatur littera X. Eodem modo etiam littera ϻ, h. e. littera zade fortasse consulto mutilata, in alphabeto retenta est, quum sonus σ non hac littera, sed littera Σ exprimeretur. De littera ϙ, quae desideratur, cf. Kirchhoff, l. l. p. 125 sqq.

535 In parietibus sepulcri Etrusci a. 1698 detecti ad viam a vico, cui nomen Colle, *Senam* ferentem prope abbatiam all' isola, colore rubro pictae sunt inscriptiones, inter se lineis directis separatae, a summo ad imum currentes, plurimae Etruscae, haec Graeca. Infra scriptura oblitterata est rudere, quod in sepulcro est cumulatum. Bellori, picturae antiquae, append. tab. XI p. 202 sq.; Buonarota, additam. ad Dempsteri librum de Etruria regali, p. 36 tab. LXXXXII; Lepsius, annali dell' inst. arch. VIII a. 1836 p. 195 sq. tab. C n. 3; Mommsen, unterital. Dial. p. 8 sq.; Franz, C. I. G. 6183; Kirchhoff, Stud.[3] p. 122 sqq. Repeto Buonarotae exemplar.

Var. lect. Vs. 1 littera quarta decima Lepsio est ϻ.

α β [γ] δ ε [ϝ ζ] h ϑ ι κ λ μ ν ⊞ ο . . . .

μα μι με μυ να νο — — —

Non bene cesserant ei, qui pinxit hoc alphabetum ipsum quoque Chalcidicum, litterae γ ϝ; mox in littera ζ utrum lineae transversae temporis iniuria perierint an a scriba omissae sint, dubito (cf. n. 390. add. 390. n. 546); tum litterae μ forma antiquissima conservata est, quamquam littera ϑ iam non cruce sed puncto est insignita; deinceps litterae ν etiam hic forma singularis est, sed cum Caeretana non congrua; de littera ⊞ cf. n. 534. Alphabeto appictus est lusus syllabicus.

536 Titulus *Rheginus*. Duo fragmenta basis e lapide cano eoque, ni species fallit, vulcanio sculptae; effossa sunt Olympiae intra aulam palaestrae. Altitudo integra est 0.30 m., latitudo fragmentorum coniunctorum 0.72 m., crassitudo ubi est maxima 0.31 m. Titulus artificis, qui in superficie aequa tempore adesa ductu tenui exaratus est, multis fissuris et vulneribus deformatus est; alter titulus in parte antica non eadem manu late incisus optime est servatus. Edidit Kirchhoff fragmentum sinistrum ex ectypo et R. Weilii apographo arch. Zeit. XXXVI p. 142 tab. XIX 1, utrumque fragmentum ex Purgoldii apographo arch. Zeit. XXXIX p. 83. Imago aequat octavam partem lapidis.



Nota. Vs. 1 litteram primam esse Λ non A indicat Purgold.

[Γλαυκία]ι με Κάλων γεν[εαῖ ϝ]αλεῖ[ο]ς ἐποίει.
[Γλα]υκίης ὁ Λυκκίδεω
[τῶ]ι Ἑρμῇ Ῥ[η]γῖνος.

Cf. Paus. V 27. 8: οὐ πόῤῥω δὲ τοῦ Φενεατῶν ἀναθήματος ἄλλο ἐστὶν ἄγαλμα, κηρύκειον Ἑρμῆς ἔχων· ἐπίγραμμα δὲ ἐπ' αὐτῷ Γλαυκίαν ἀναθεῖναι γένος Ῥηγῖνον, ποιῆσαι δὲ Κάλλωνα (leg. Κάλωνα) Ἠλεῖον. Artificis titulum Eleum sequitur titulus donatoris Ionicam linguam Chalcidicamque scripturam ostendens, nisi quod scriptura Asiatica, quae hac aetate latius serpsit quam temporibus tituli n. 533, iam non modo ad λ sed etiam ad η pertinet.

537 In lapide tofino male levigato, c. 0.74 m. altitudine, infra 0.37 m., supra 0.25 m. latitudine, reperto circiter a. 1790 inter parietinas *Locrorum*; post erat Casertae in collectione Francisci Danielis, nunc exstat in museo Neapolitano. Edidit Arditi, illustrazione di un antico vaso trovato nelle ruine di Locri, Neapoli a. 1791 p. 62; Franz C. I. G. 5769 et add. Exscripsi.

ΟΙΝΙΑΔΑ
ΚΑΙΕVΚΕ
ΛΑΔΟΣ
ΚΑΙΧΕΙΜ
ΑΡΟΣ
ΑΝΕΘΕΚ
ΑΝΤΑΙΘ
ΕΟΙ

Var. lect. Vs. 1. Arditi Θ. Vs. 5. Littera secunda infra paulum laesa aut D aut P est.

Οἰνιάδας καὶ Εὐκέλαδος καὶ Χείμαρ(ρ)ος ἀνέθηκαν τᾷ θεῷ.

538 In galea aenea, quae auctore Millinio e regione *Locrorum*, si Rosium audias, Paesto oriunda est; nunc servatur in museo Neapolitano. Millin, description des tombeaux de Canosa, p. 1 et p. 45; Rose, inscrr. Gr. vet. praef. p. VI; Gerhard et Panofka, Neapels antike Bildwerke I p. 219; Franz, C. I. G. 5778*b*. Exscripsi.

ΕΡΙΦΟΝΑΙ
ΚΕΜΕ+ΕΝΑΙ

Var. lect. *Millin:* ΙΕΡΙΦΟΝΑΙ / ΚΕΜΕ+ΕΝΑΑΑΤ *Rose:* ΕΡΙΦΟΝΑΙ / ΚΕΜΕ+ΕΝΑΙ

Gerh. Pan.: ΣΡΙΦΟΝΑΙ / ΚΕΜΕ+ΕΝΑ Superficies aeris compluribus locis valde adesa est, ut ibi litteras evanuisse liceat suspicari. Atque finis quidem tituli nunc etiam magis mutilus est quam Millinii aetate; praeterea recte Rose annotat: *plures forsan litterae ad utriusque vocis initium extiterunt*; denique intervallum quod est inter duos versus servatos semper vacasse litteris confidi non potest.

[Π]ηρεφόνᾳ [ἀνέθη]κέ με Ξενάγητ[ος]. Cum hoc nomine deae cf. formam Laconicam Πηρεφόνεια apud Hesychium; In syllaba altera praeter vulgare ε iam notum erat ι (cf. Iahn, arch. Zeit. 1867 p. 68), nondum ι. Templi Proserpinae apud Locros sanctissimi mentionem fecerunt Livius XXIX 18 et Appianus Samn. 12, Hannib. 55. Cum nomine viri cf. Ἐπάγητος n. 436.

539 In basi marmorea statuae parvae aeneae repertae *Locris*. Visconti, il museo Pio-Clementino, t. III p. 66 not. *c*; Franz, C. I. G. 5769*b*.

ΦΡΥΝΟΣ

Φρῦνος.


540 Lapis arenaceus solidus, 0.51 m. long., 0.18 m. lat., 0.07 m. crass.; *Metaponti* a templo ad septentrionem versus mense Aprili a. 1880 effodit M. Lacava. Indigenam eum esse negant; latus anticum est levigatum, caetera informia; in margine superiore et inferiore unda incisa est. Edidit Fiorelli, notizie degli scavi di antichità, 1880 p. 190 tab. VI 4, interpretatus est Comparetti ibidem. Exscripsit Io. Schmidt.

ΑΠΟΛΟΝΟΜ
ΛVΚΕΜΣΘΕΑ
ΓΡVЯΛΜΟƎΙ

Var. lect. Vs. 3 ad sinistram pro Γ, quae praeter vestigia ex Fiorellii tabula photographica nihil certo depingere potui, homines Itali et Schmidt legerunt Θ. Littera proxima aut Ϙ aut Ꞁ. Reliqua indubia sunt.

Ἀπόλ(λ)ωνος Λυκ(είου) εἰμί, Θεάγεος Ῥυπ.? Cognomen Apollinis et nomen gentilicium vel demoticum Theagis compendiose scripta sane offendunt in titulo eius aetatis.

541 Lamina argentea *Posidoniae* in sepulcro reperta; postea pervenit in collectionem comitis del Balzo (cf. Minervini, bull. Napol. nov. ser. a. 1853 I p. 138); litterae caelo incisae sunt. Edd. Avellini et Welcker, mus. Rhen. a. 1835 III p. 581 sqq. (Welcker, kleine Schriften III p. 237 sqq.); Franz, C. I. G. 5778 et add. In utraque editione simulacrum laminae in cera impressum ita delineatum est, ut, quae in ipsa lamina ad sinistram sunt, conspicerentur ad dextram, quae ad dextram sunt, ad sinistram; accipe imaginem hac in re veriorem.



Τᾶς Θεοῦ τε παιδός εἰμι. Compendia, priusquam ex aliorum titulorum exemplis clarioribus lucem acceperint, omnino desperanda sunt, cf. n. 540; editores, quos supra dixi, proponunt: *τᾶς Θεοῦ τ(ρι)τ(ίμνου) παιδός* (Proserpinae) *εἰμι.*

---

542 In museo Berolinensi servatur statua aenea 0.11 m. alta, *Posidoniae* reperta, feminae, haud dubie canephori, quamquam canistrum quod sublata manu olim in capite gestavit nunc desideratur; statua imposita est capitulo columnae Ionicae. In abaci lateribus quatuor legitur titulus; extremae litterae, quum locus non sufficeret, inscriptae sunt in voluta. Edidit E. Curtius, arch. Zeit. XXXVIII p. 27 sqq.

AKEDAD|ϟIV Μ ϘΑ Ψ|ΟΙΙϟ Φϟ|ΑΜΑΘΑΤ

IAT

Τάθαιγ Φιλλώ Χαρμυλίδα δεκάτα[ν]. Versus est pentameter. Cognomines huius feminae habes in titulo Tanagraeo (Athen. tom. IV p. 299), in Lebadeensi (Athen. tom. IX p. 362), in Peloponnesiaco (bull. de corr. hell. III a. 1879 p. 194).


---

543 In acie securis aeneae repertae circiter a. 1850 in *Calabria citeriore* inter parietinas prope S. Agatam; possidet nunc Romae homo quidam privatus. Ex delineatione comitis Vito Capialbi edidit Minervini, bullett. Napol. nov. ser. a. 1853 I p. 137 sqq. tab. V 2; cf. Dittenberger, Herm. XIII p. 391 sqq. Imago tituli, quam ex ectypis ab Helbigio missis delineavi, praebet veram magnitudinem.



Τᾶς Ἥρας ἱαρός εἰμι τᾶς ἐν πεδίῳ· Ϙυνίσκος με ἀνέθηκε ὄρταμος ϝέργων δεκάταν. Lanium aut coquum (*ὄρταμον*) decuit securim dedicare; *ἔργων δεκάτην* habes etiam ap. Rossium, inscrr. ined. III n. 298, *ἔργων ἀπαρχήν* C. I. A. I suppl. n. 352.

544 In tessera aenea reperta a. 1782 prope oppidum Policastrum, a *Crotone* ad occidentem versus situm, asservata olim Velitris in museo Borgiano, nunc Neapoli in museo publico. Edidit Siebenkees, expositio tabulae hospitalis ex aere antiquissimae, Romae a. 1789; reliquos editores enumeravit Boeckh, C. I. G. 4, cf. add. Repetimus exemplum Siebenkeesianum, quocum reliqua optime congruunt, praeterquam quod aliquod punctum vel aliquam lineolam omittunt.



Θεός, τύχα. Σάωτις δίδωτι Σικαινίᾳ τὰν ϝοικίαν καὶ τἆλλα πάντα. δαμιουργὸς Παραγόρας. πρόξενοι Μίκων Ἀρμοξίδαμος Ἀγάθαρχος Ὀνάτας Ἐπίκουρος. De sexu eorum, qui in hac donatione aut testamento primas agunt, Saotis et Sicaeniae, in utramque partem disputatum est. Atque nomina conveniunt et viris et feminis, actio potius viris.

---

545 In fundo vasis aenei 0.17 m. alti, quod quum prope Salernum repertum esse dicatur, *Posidoniae* addicere fas est; erat penes Raph. Baronem Neapolitanum, rerum antiquarum venditorem. Minervini, bull. Napol. nov. ser. a. 1856 IV p. 164 sq. tab. X 1.

·D Y M E ϟ A D A

Δυμαιάδα. Idem etymon non frequens subest nomini Dymae urbis ipsius quoque Achaicae.

---

546 Alphabetum *Tarentinum*; ex schedis Luigii Cepollae Leccani, qui invenit titulum a. 1805 Mellichae prope Vasten ad promontorium Iapygium, edidit Mommsen, unterital. Dial. p. 49 not. 6; cf. Kirchhoff, Stud.[4] p. 148.

Ρ.Β.Γ.Δ.FFI.H.I.KA.M
NOX.Ϙ.PHS.TPΨΨ

[α] β γ δ [ε] ϝ [ζ] h [θ] ι κ λ μ ν ο [π] ϙ ρ σ τ [υ ξ φ] χ. Quum intervalla fere ubique falso indicata — si modo hoc sibi volunt puncta ac non potius fuerunt ad separandas litteras maximaque ex parte Cepollae vitio interciderunt —, litteras partim mutilatas (Α Ε Φ), partim male corruptas (Γ Υ), partim omissas (Θ Χ) Cepollae inscitiae et neglegentiae tribuere non verear, minus inclinat animus ut eum vs. 2 litteram H inseruisse arbitrer; haud scio an is, qui scripsit, voluerit PH pro P, i. e. ῥ pro ρ. De littera septima I = ζ cf. n. 390. add. n. 390. n. 535.


547 Titulus *Tarentinus* vel *Heracleensis*. In galea Anxiae oppido Lucano, cui nunc nomen Anzi est, reperta; ex collectione Templiana in museum Britannicum perveoit, ubi titulum exscripsi. Litterae fere 0.02 m. altae sunt.

ΟЯЯΥΠΣΟΜΙΣΑΔ

Δάσιμος Πύῤῥω. Galea cum Dasimo, quum pugna mortem occubuisset, videtur esse sepulta. Idem nomen, *Δάζιμος Πύῤῥω*, aliquanto recentiore aetate erat Heracleotae haud dubie eiusdem familiae, C. I. G. 5774. 5775.


---

548 Titulus *Tarentinus*. Cuspis hastae aenea cava quadrangula, in lateribus concavis scriptura tecta, reperta Olympiae in prytanei parte meridionali. Edidit Furtwaengler, arch. Zeit. XXXVII p. 149. Imago tertia parte archetypo est minor.




Σκῦλα ἀπὸ Θουρίων Ταραντῖνοι ἀνέθηκαν Διὶ Ὀλυμπίῳ δεκάταν. De bello Tarentinorum et Thurinorum cf. Strab. VI p. 264. In tribus titulis, qui verbis congruunt, n. 548. 548*a*. 548*b*, summa scripturae similitudo teste Purgoldio unam atque eandem manum prodit; congruunt praecipue ansae litterarum K et E a dextra ad sinistram exaratae et prope hastas directas in cuneos tenuatae.

548*a* Titulus *Tarentinus*. Cuspis aenea lateribus planis, effossa Olympiae a prytaneo ad septentrionem versus. Ab acumine fracta nunc longa est cum echino et parte tubi 0.21 m. Edidit Purgold, arch. Zeit. XXXIX p. 84 sq.



Σκῦλα ἀπὸ Θουρίων Τα[ραντῖν]οι ἀνέθηκαν Διὶ Ὀλυ[μπίῳ] δεκάταν. Cf. n. 548.

548b Tertia *Tarentinorum* cuspis, lateribus concavis, post echinum fracta, in acumine integra, 0.22 m. longa, reperta Olympiae in Leonidaeo. Exscripsit Purgold. Imago ad duas tertias partes reducta est.



Σκῦλα ἀπὸ Θουρίων Ταραντῖνοι ἀνέθηκαν Διὶ Ὀλυμπίῳ δεκάταν. Hunc titulum minore incisum esse diligentia quam superiores annotat Purgold; diversus mihi videtur esse ductus litterae caninae.

---

549 In femoribus parvae statuae aeneae, iuvenem nudum repraesentantis, Bononiae erutae, postilla translatae in museum Wilenbroeckianum, nunc in bibliotheca Parisina. Malvasia, marmora Felsinea p. 367; G. Cuper, lettres à Mr. la Croze, epist. IX; Montfaucon, antiqq. illustr. T. III P. 2 p. 269 tab. 158; Paciaudi, monumm. Pelop. vol. II p. 52; Letronne, annali dell' inst. arch. VI a. 1834, tab. E p. 222 sqq.; Franz, C. I. G. 6737; Ross, arch. Aufs. II p. 576 not. Repetimus Montfauconis exemplar Letronniano aden confirmatum, ut caeterorum varietatem adicere supersedeamus.

ΚΑΦΙΣΟΔΟΡΟΣ

ΑΙΣΧΛΑΒΙΟΙ

Καφισόδωρος Αἰσχλαβιῷ. Litteratura ea est, qua Corinthii et Megarenses et coloni utrorumque utebantur, ut inde alicunde statuam Bononiam ablatam esse iudicandum sit. Diphthongum *αι* conferre licet cum diphthongo *ae*, a qua incipit nomen Latinum Aesculapii, cf. praeterea Keil, syll. p. 56; atque χ quoque pro κ duobus firmatur exemplis inscriptionum Boeoticarum: Ἀσχλαπιῷ Rang. n. 898 vs. 2 (congruit apographum Welckerianum, quo usus est Keil, zur Syll. p. 579. p. 653), Ἀσχλαπίχιος Rang. 1304 vs. 40 (quamquam Ross exscripsit Ἀσκλαπίχιος, cf. Keil, syll. n. II). Sed β pro π in hoc nomine, quantum scio, plane novum.

---

550 In vasculo ex Magna Graecia oriundo, deinde in collectionem Hamiltonianam delato legitur haec inscriptio, quae utrum caelo incisa an penicillo picta sit, editores non tradunt. In imagine supra posita duo viri nudi, pallium ex sinistro brachio suspensum habentes, gladiis strictis aggrediuntur hominem inter eos constitutum, perterritum brachia tollentem, qui inermis et nudus est, nisi quod ex utroque humero pallium dependens tergum tegit. Tischbein, collection of engravings of ancient vases, tom. I tab. 23, Neapoli a. 1791; Fiorillo, de inscriptione graeca vasculi ex museo equitis de Hamilton, Gotting. a. 1804; Millin, galérie mythologique, tab. CLV 572; Maisonneuve, introduction à l'étude des vases antiques, tab. XVI 1; Boeckh, C. I. G. 5 et add.; G. Hermann, über Boeckh's Behandl. etc. p. 34 sqq.; Meier p. 113 sqq.; Inghirami, galleria Omerica, vol. I tab. CVI; Raoul Rochette, monum. inédits d'ant. fig. p. 284 sq.; Welcker, Hall. allg. Lit. Zeit. a. 1836 n. 74 p. 590 sq.; Garrucci, antiquit. Salernit. disquisit. quinque, p. 5; Overbeck, Gallerie her. Bildw. I p. 416; Minervini, bullett. Napol. nov. ser. V p. 159 sq. Depromimus titulum ex opere Tischbeiniano.

ΔΣΜΓϜΓVιΣΔΟΜΤΟΣΟΝΝVϜΠΑΜΑΤΟΧΕΕΝ

Littera I in I mutata versus efficitur hic: δὶς πεν τύ[ξ] Ἶρος τοῦν κ' ἰκάματο χηεῖν, bis alicubi pugilatu Irus tale vas nunc adeptus est, quo funderet; χηεῖν pro χέϜειν s. χεῖν dictum esse possit. Sed quia et a sententia abest simplicitas, insigne veri, et alphabetum (ϜSΞMX α ι ξ σ χ) est satis infrequens (cf. titulum Phliasium n. 28, praeterea etiam Creticum n. 480), his de causis mihi ipsi illam lectionem parum probari fateor. Nec feliciores fuerunt priores interpretes; videsis eorum conamina apud ipsos. Manet haec Sphinx Oedipum suum.

XXV.

TITVLVS GALLIAE.

551 Prope *Antipolim* (Antibes) in eo loco, qui vocatur la Peyrégoue, in muro arcis cuiusdam repertus est lapis inscriptus serpentinus vel diorites, e viridi nigricans, forma ovata, quam propriam et naturalem habere, non arte accepisse videtur, altitudine si summam metiris 0.65 m., item latitudine 0.21 m.; vestigia, ex quibus concludi possit eum basi impositum aut cum altero lapide coniunctum fuisse, praebet nulla („une pierre naturelle, un galet roulé de grande dimension"). Comptes rendus du congrès scientifique de France, session tenue à Nice en 1866 (séance du 28 décembre); Froehner, revue arch. a. 1867 vol. XV p. 360 sqq.; Heuzey, comptes rendus de l'acad. des inscr. a. 1874 p. 61 sqq., idem, mém. de la société nationale des antiq. de France, vol. XXXV a. 1874 p. 99 sqq., cf. etiam revue arch. a. 1874 vol. XXVII p. 191; Kirchhoff, Stud.[4] p. 164; P. Mougins de Roquefort et A. Gazan, inscription grecque trouvée à Antibes, Toulon a. 1876; Desjardins, géographie historique et administrative de la Gaule Romaine, a. 1878 vol. II p. 178. Repeto titulum ex libro Desjardinsii.



Nota. Vs. 3 litteram Λ, vs. 4 litteram Ν primo omisit lapicida, deinde forma minutiore interposuit.

Τέρπων εἰμὶ θεᾶς θεράπων σεμνῆς Ἀφροδίτης,
τοῖς δὲ καταστήσασι Κύπρις χάριν ἀνταποδοίη.

Non male conicit Heuzey hunc lapidem in *λίθοις ἀργοῖς* putandum esse, quales antiquis temporibus a Graecis pro deorum imaginibus cultos esse satis notum est. Hic igitur se Veneris ministrum, Terponta, repraesentare praedicat, quod Amoris cognomen fuerit. Atque dignum est memoratu hunc ipsum deum Thespiis sub simili forma adoratum esse, Paus. IX 27. 1: *θεῶν δὲ οἱ Θεσπιεῖς τιμῶσιν Ἔρωτα μάλιστα ἐξ ἀρχῆς, καί σφισιν ἄγαλμα παλαιότατόν ἐστιν ἀργὸς λίθος.* Neque mirum, quod ii, qui Veneris dona peterent, nomina sua in anathemate profiteri verecundia prohibebantur.

XXVI.

TITVLI INCERTORVM LOCORVM.

552 Lamina aenea, Olympiae reperta ante prytanei latus meridionale, 0.001 m. crass., eadem magnitudine atque imago, quam infra praebemus. Margo inferne et a dextra et a sinistra magnam partem servatus est. Litterae leviter sunt incisae. Infra ad sinistram aes perforatum est, ut affigi posset; supra ad dextram frustum ita fractum est, ut ad reliquam laminam bene accommodari potuerit. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII p. 49 sqq., ectypo et Furtwaengleri apographo usus. Purgoldii notarum alias ad imaginem corrigendam adhibui, alias infra subicio.

Notae Purgoldii: Vs. 1. Post TΛ supra cernitur vestigium lineae obliquae. Vs. 2. Linea ⸜ superat de ‹; inter Α⸜ et ⸜Α nunc omnia incerta. Vs. 3 fin. Post O lineae dubiae, quae P. haud scit an fortuitae sint. Vs. 6. Littera D in nomine Α‹ΕDΑ perspicua. Vs. 7. Scriba litteram Ϟ, quam septimo loco per errorem incidit, ineleganter in R mutavit; supra litteram vicinam I linea transversa casu facta. Vs. 8. Litteram septimam, quae nunc misere corrupta est, aut X aut K fuisse probabile videtur. Vs. 9. Littera quarta Purgoldii testimonio, quo Furtwaengleri confirmatur, fuit Ν; quae antecedunt lineae tenues fortasse reliquae sunt ex priore titulo deleto; post K fuit R. — Ad dextram in hoc versu nihil periisse, versus 10 et 11 ineuntes admodum oblitteratos esse iam annotaverat Furtwaengler.

Vs. 2 sqq. *α[γ...]παῖδας (?) ἀφῆκε ἐλευθέρως τὸν ἀπὸ Σφίγγας γόνον ἱαρὸς τῶ Διὸς τῶ Ὀλυνπίω· καὶ Πιτθὼ [τ]υνίφα Ἀγιάδα (?) θυγάτηρ. Δαΐοχος Μίδας Ἀριστείας Χίλων Χαράξα (?) Καυχά[ξ]α (?) Ἐπιπεδίων Ἔπανδρος Νυμφίας (?) Βαιύλος — — αμίας τυτθόν — — αὐτόν* vel *αὐτῶν*. In incertis huic titulo locum assignare malui, quamquam Eleae origini, si signum spiritus asperi vs. 2 non fideliter exscriptum esse censemus, nihil iam repugnat; neque enim vox *πατήρ* in titulo Damocratis obvia valet probare vocem *θυγάτηρ* a dialecto multifariam fluctuanti abiudicandam esse, cf. *ὀπάταροι* (n. 118) et [*ἐγ*]*γυτέροις* (add. n. 113*a*) *καλ(λ)ιτέρως* (add. n. 113*c*), *εἴα* (n. 110) et *εἴη* (n. 111. add. n. 113*bc*), *μαί* (n. 109. 110) et *μή* (add. n. 113. add. n. 119), *λατρειῶ*[*ώμενον*] (add. n. 109) et *λατρηϊώμενον* (n. 110), *πλαθύοντα* (n. 111) et *πληθύοντι* (add. n. 113*c*); cf. praeterea add. n. 113*d* et add. n. 116. — Vss. 2 et 6 Purgold suasit aut *Ἀ[γησι](λ)άδας Ἀγη(σιλά)δα* aut *Ἀ[γελ]*(del. Α)*άδας Ἀγι(λά)δα*. Quam coniecturam quamquam non audeo funditus repudiare, tamen aegre sumo scribam idem nomen duobus locis exarantem errasse utroque loco, altero aut littera Λ cum Α mutata aut littera Α male repetita, altero aliquot litteris omissis; adde quod versus primus obscurus manet (*-αιτα* [*ω*]*ηνί*?) atque ne sic quidem explicatur, quid patri servos manumissuro comprobatione filiae opus fuerit. Vs. 6 sqq. Nomina videntur esse servorum, etiamsi casus rectus non quadret ad enuntiatum, quod praecedit, et numerus liberorum unius feminae eorumque fortasse a serva ex hero conceptorum modum probabilitatis paene transeat. Vs. 10 *τυτθόν* fuerit i. q. *βρέφος, παιδίον*.

552*a* Lapis calcarius niger, effossus Olympiae in Leonidaei parte meridionali, ubi muro Romano insertus erat, 0.90 m. long., 0.43 m. lat., 0.24 m. alt.; titulus in latere maximo incisus est. Ad dextram hic lapis olim continuabatur alteri; reliqua latera sunt levia. Idem latus, quod continet titulum, praebet duo cava rotunda 0.06—0.07 m. in diametro. Purgoldii apographo usus edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXIX p. 84.

Nota. Purgold annotat undecimam litteram non esse ρ sed δ, nonnullas litteras difficiles esse lectu, omnes certas.

[— ⏔ — ⏔ — *πρό*]*τερω δ' ἔκατι Δ*[*αμάσ*]*ιππος*,
κλεινοτέραν δὲ πόλιν πατρίδ' ἔ[*θηκε* ⏑ —].

Quum illud [*πρό*]*τερω δ' ἔκατι* sibi postulare videatur contrarium, quo dictum fuerit reliquos longius currere non potuisse (e. g. *τἄλλοι ἀπεῖπον δμῶς*), conici potest dolichum vicisse Damasippum; qui cuius urbis civis fuerit, nec dialectus nec scriptura multis gentibus communes

docent. Quomiuus eum lapidem deperditum, qui huic olim vicinus erat ad dextram, tertium excepisse sumamus, impedimur commensu proportionis; sed ut scriptus fuerit titulus duobus in lapidibus eiusdem magnitudinis, haec res non multum adiuvat ad numerum versuum iudicandum, quia potuit certe alter lapis, si in tribus lateribus inscriptus erat, praeter initium hexametri capere integrum distichum fere sexaginta quattuor litterarum. Quodsi inscriptio non excessit unum distichum, in hexametri initium, quod intercidit, nomen patris infarciri omnino nequit; clausula autem capax est patriae, e. g. ἵ[θηκεν Ἀβαῖε], ἵ[θηκ' Ἀλίαν], ἵ[θηκε Πύλαν]. Sin duo fuerunt disticha, in priore mentionem factam esse consentaneum est patriae, patris, certaminis suo nomine dicti; in fine alterius supple ἵ[θηκε φίλαν] vel simile quid.

553 Laminae aeneae tres mutilae, repertae Olympiae, fere 0.001 m. crass., inscriptae litteris tam late et tam profunde incisis ut in sulcis crebrae rimae aes fragile penetraverint. Fragmentum *a*, 0.06 m. lat., 0.073 m. alt., infra et ad sinistram integrum, foramine quadrato fissum, erutum apud porticum orientalem, ex Furtwaengleri apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 163; denuo exscripsit Purgold. Fragmentum *b*, 0.04 m. lat., 0.035 m. alt., infra Purgoldii testimonio incolume, effossum extra murum Altis ad meridiem versus, Furtwaengleri apographo usus edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 164; paulo plenius apographum submisit Purgold. Fragmentum *c*, 0.085 m. lat., 0.07 m. alt., infra inviolatum, a caeteris partibus fractum, effossum a buleuterio ad occidentem versus, exscripsit Purgold.

a *b* *c*

Notae Purgoldii. Fragm. *b* vs. 1 in fractura TA; vs. 3 litt. 1 A; vs. 4 fin. hasta certa, linea transversa dubia.

Tam similia haec fragmenta dicuntur esse materia et scriptura, ut communis origo in dubium vocari nequeat. Neque impediunt versus, qui in singulis laminis sunt ultimi, diversa magnitudine scripti et diverso spatio a margine distantes, ne uni titulo haec fragmenta adiudicentur; nam potuit ille, ut alias rationes difficultatis expediendae taceam, more Olympiae usitato compluribus in tabulis scriptus esse. Fragm. *a*. Vs. 3 κ' ἱαρ-? Vs. 4 θιῶ ἀγ[ρι]? Vs. 5 -αι τὰ ἐ[ρμια]? Vs. 6 [Ϝετίον]των(?) δίκα. Vs. 7 [φεύ]γεν vel [φεύ]γην. Fragm. *b*. Vs. 3 αἰ δὲ? Fragm. *c*. Vs. 2 [κατ]ὲρ (vel sim.) τῶν χ[ρημάτων]? Vs. 3 [ἐπα]ινίσῃ i--. Vs. 4 [φ]ευγέτω καὶ γύ[ος]. Vs. 5 [τ]οὶς εὐέργεσ[ιν τούτοις]. Vs. 6 τῷ (τοί, τοὶ) ζέ i. q. δὲ? an τοῖζε i. q. τοῖσδε? ὀρ[κ-]. Vs. 7 [— Ὀλ]υμπ[ί]ω ε--. Titulum suspicor esse Laconicum.

554 Lamina aenea tenuis, nunc tripartita, 0.19 m. lat., 0.06 m. alt., effossa Olympiae ante latus septentrionale prytanei. Litterae cudendo profunde impressae etiam in parte aversa apparent. Exscripsit Purgold. Imago tertia parte infra veram magnitudinem est.

Notae Purgoldii. Vs. 2 littera, quae est ante ΑΝ, incerta; vs. 2 fin. ΑΝ. Vs. 3 post litteram quintam Ε in fractura forsan hasta perpendicularis; post ΦΑ fuit aut R aut K; deinde, ut videtur, Α; inter Ε et Ε nihil cognoscitur. Vs. 4 inter Ν et Α nihil videtur intercidisse. Vs. 5 init. Ρ et Ο certa; paulo post littera laesa fuerit Μ, non Ν; mox ante Ϩ aut Γ aut Τ.

Haud scio an titulus sit Achaicus; nam si posueris Μ significare consonantem σ, Ϩ vocalem ι, aliqua sententia ex his litteris videtur posse elici. Vs. 2 ἰ[κὸ ἀν]άγκας ἀν--. Vs. 3 ἔφα καί. Vs. 4 --ιων ἀγαθ- seu ἀ γᾶ. Vs. 5 ποιῖ (seu ποιῇ) μή τι (seu μεγι[στ-]). Atque verba quidem parvi sunt; memorabilis tamen in titulo Achaico forma litterae γ Γ — nam ne hoc signum interpretemur litteram λ, monemur proclivi eius litterae forma in titulo quem eiusdem esse originis verisimile est, n. 555 — iam ex nummis Aegarum urbis nota (Kirchhoff, Stud.[3] p. 154 not.).

555 Lamina aenea tenuis, reperta Olympiae a prytaneo ad meridiem versus; ad sinistram margo antiquus videtur sospes esse; litterae adeo impressae sunt, ut in latere postico emineant. Furtwaengleri apographo usus edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 163. Imago tertia parte minor est quam aes.



Purgoldio, quum hoc fragmentum cum eo quod praecedit compararet, magna cum probabilitate eidem tabulae videbantur posse tribui. Vs. 2 τὰ ἄλλα χ[ρήματα]? Vs. 4 ὅς.

555a Nota latercull, qui repertus esse dicitur Aeginae. Obiter vidit et properans exscripsit Koehler.



Πρίωνι ἔ[π]α[ξα το]λαῦτα. De nomine quod est Πρίων cf. n. 126a. Littera ⊦ et genetivus masc. decl. I in α, si modo hunc recte restitui, coniuncta non inveniuntur nisi apud Locros Opuntios; sed dubito ob haec indicia tam parvae genti tribuere titulum, qui extra eius fines videtur repertus esse.

556 Globus aeneus petiolo ferreo instructus, quem qui oculis collustravit M. Fraenkel mali non dissimilem esse significavit. Est aut certe fuit penes Hoffmannum Parisinum rerum antiquarum venditorem, qui eum Sparta oriundum esse affirmavit. Contra Lampros Atheniensis, qui et ipse illud aes noverat, priusquam in Hoffmanni manus pervenit, Elide repertum esse contendit. Ad imaginem exprimendam adhibeo apographum Fraenkelii et ectypum stanno impressum; mensura vera servata est.



Nota. Annotat Fraenkel: „beim dritten Buchstaben ist am Rande der Verletzung die Spur einer aufwärts gehenden Hasta, wie ich glaube, sicher." — Littera ⅂ plane certa est.


Κομάρας ὀνέθηκε. Dedicat Comaras in ipsius nomen iocans comarum aeneum praegrande. Ὀνέθηκε in titulo Cyprio recurrit, cf. Ahrens, Philol. XXXVI a. 1877 p. 27 et p. 30, et Deecke, Beiträge zur Kunde der indog. Sprachen VI p. 140 sq.

557 Vasculum aeneum forma capitis casside tecti, 0.076 m. longum, fundo, qui olim ferrumine agglutinatus videtur fuisse, privatum; Leake Pyrgi id emit suspicatus, quamquam venditor in palaeopoli Khaiaffae inventum esse praedicavit, Olympia ablatum esse; nunc servatur in museo Cantabrigiensi. Inscriptionem, quae in margine capitis litteris admodum detritis legitur, aerarius primo a sinistra incidere coepit, deinde commutavit consilium. Walpole, travels in various countries of the east, p. 597 n. LXII; Rose, inscrr. Gr. vet. tab. III 1 p. 20; C. I. G. 31 et add.; Leake, travels in the Morea I p. 47, unde repeto; Greenwell, the journal of Hellenic studies, vol. II a. 1881 p. 69 sq.



Ϙοῖς (vel Ϙοιός) μ' ἀνέθηκεν. De augmento α cf. Ahrens dial. Aeol. p. 129.

558 Lamina aenea, 0.103 m. long., 0.016 m. alt., reperta Olympiae, a crypta ad occidentem versus. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI a. 1878 p. 143 tab. XIX 4.



Ἱαρὸς (vel ἱαρὸς) τοῦ (vel τῶ) Διὸς εἰμι (vel ἠμι). Titulus fortasse Eleus. 3 et 5 in eodem titulo digna quae notentur.

559 In ocrea incolumi, 0.39 m. longa, quae reperta est Olympiae a templo Iovis ad meridiem versus in ruderibus lapidum quum templum aedificaretur proiectis; margo exterior perforatus est, ut pannus insui posset. Titulus litteris tenuibus incisus est infra in lateris interni margine postico et integer est servatus. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 160.



Ζεὺς Ὀλύ(μ)πιος.

---

560 Pars media halteris ex lapide viridi sculpti, reperta Olympiae in Pelopio. Titulus est integer. Ex Furtwaengleri apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 158, cf. p. 204. Imago inde repetita tertia parte minor est quam vera magnitudo.



Κωδίας. Purgoldio lapides Olympicos relegenti lineae, quae litteram ι ad sinistram excipiunt, sensu cassae lusuque incisae videbantur.

---

561 Vasculum 0.1 m. altum, repertum Olympiae in prytaneo; litterae tantae, quantas infra vides, incisae sunt acu. Edidit Furtwaengler, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 149.



Τοῦ (τῶ) Διός.

---

562 Marmor Parium, in domo privata Piraeei, supra et infra integrum, ad dextram et ad sinistram fractum, nunc fere 0.40 m. longum; litterarum altitudo fere 0.02 m. Edidit A. Milchhoefer, Mittheilungen des Inst. zu Athen V a. 1880 p. 169.

PATES.ΓVPIΔAS A
VOS IKOIPAVO

[--κ]ράτης --νος, Γυρίδας Κοιράνου vel -νω; epitaphium peregrinorum, quoniam nec dialectus nec scriptura Attica est. Spartano est nomen Gyridae apud Polybium IV 35.

563 Fragmentum baseos ex marmore Pario, 0.27 m. long., 0.17 m. lat., 0.12 m. alt., erutum Olympiae ante Olympiei latus orientale. Ex Purgoldii apographo et ectypo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 169.



Nota. In nomine patris laeso prima littera Purgoldii testimonio similior est litterae Γ quam Ρ.

— ⏖ — ⏖ — ἀνέθηκέ με παῖς ὁ [Π]ιθωνος
[παῖδας νικά(-ή)σας — ⏑] κράτης στάδιον.


Vs. 2 παῖδας supplevit Kirchhoff eam ob causam quod qui in virorum stadionicarum catalogo enumerantur in -κράτης desinentes nomine, Epidaurius Ol. 45 et Crotoniata Ol. 71 et 72, eorum neutri convenit scriptura tituli. Potest ille fuisse Pithonis alicuius Atheniensis filius, cf. C. I. A. I 433. 434.

---

564 Hanc cuspidem aeneam 0.286 m. longam a. 1880 a Graeco quodam Rollin et Feuardent rerum antiquarum mercatores Parisini emerunt, in Peloponneso repertam, ut ille narravit. Titulus pistillo impressus in mucronis quadrangulati 0.19 m. longi tribus lateribus legitur. Edidit W. Greenwell, the Journal of Hellenic studies, a. 1881, vol. II p. 77 sqq., tab. XI.









Θεόδωρος ἀνέθηκε βασιλεῖ, sc. Iovi.


565 Duae cuspides aeneae simillimae, effossae Olympiae; altera (*a*) ad Leonidaei angulum, qui septentrioni et orienti oppositus est, reperta a collo usque ad acumen integrum 0.18 m. longa, altera (*b*) a prytaneo ad septentrionem versus reperta collo et acumine fractis 0.155 m. longa est. Edidit Purgold, arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 181 sq.

a





b






Ὀλυ(μ)πίου Διός.

566 Laterculus cavus ex argilla subflava fictus, Olympiae in prytaneo erutus; litterae in argilla, quo tempore erat mollis, digito sive instrumento lato obtuso inscriptae sunt. Edidit Purgold, arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 180. Imago aequat quintam partem verae magnitudinis.

ΣΑΙΑΔΑΣ

Σαιάδας.


567 Fragmentum laminae aeneae, 0.1 m. lat., 0.066 m. alt., 0.0015 m. crass., erutum Olympiae ante decimam earum basium, in quibus Ζᾶνες collocati erant, supra integrum, a reliquis partibus truncatum. Litterae diligenter et profunde exaratae sunt. Ex ectypo et Purgoldii apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVIII a. 1880 p. 65. Imaginem ad fidem alterius lectionis Purgoldianae correxi.



Nota. Vs. 1 littera 5 Purgoldio videtur fuisse T; vs. 4 in sinistro margine ≶; ibid. litt. 5 Γ; ibid. in dextro margine /; vs. 6 post Ϟ lineola obliqua ad hastam applicata fortuita videtur esse.


Vs. 1 [γ]ενέσ[τ]αι i. e. γενέσθαι, vel ἐνέσ[τ]αι vel --εν ἔσται, ϝε[ικ-?]. Vs. 2 [χ]ρήματα ὃς ἐκ[ρ--]. Vs. 3 -στοδε τελλο-, cf. n. 476. Vs. 4 τὸν πίνακα. Vs. 5 -ολοίσθαν ὀσ-. Vs. 6 αἰ δ' ἄλλος seu ἄλλως. Indicia originis, littera V χ vs. 2, littera ≶ ι, littera Ϟ σ, coniunctio αἰ, vocalis altera stirpis ἱερ-, quam patriam notent, nunc nescitur.

568 Lamina aenea, 0.125 m. long., 0.023 m. lat., 0.0008 m. crass., reperta Olympiae prope eum angulum templi Iovis, qui spectat inter septentriones et orientem solem. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI a. 1878 p. 140 tab. XVIII 2.



[--δ]ημος vel [--πτόλ]εμος Διὶ σ — —.

569 Lamina aenea tenuis, 0.046 m. alta, 0.056 m. lata, reperta Olympiae, a templo Iovis ad occidentem versus. Litterarum diligenter exaratarum altitudo est vss. 1. 2: 0.004—0.005 m., vss. 3. 4: 0.006—0.007 m. Ex R. Weilii apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI a. 1878 p. 141 tab. XVIII 7.



Nota. Litteram, quae vs. 4 ad sinistram est extrema, ita varicare monet Weil, ut eam fuisse λ, non μ dimidiatum, constet.

Unus quartus versus sinistrorsum videtur scriptus esse. Vs. 4 αἰμὶ (vel ἠμὶ) δὲ ἀπολ-- vel ἀπὸ λ-- vel Ἀπολ[λ--].

570 Lapis ad sinistram et ad dextram manum et infra et a parte postica fractus, nunc 0.12 m. alt., 0.17 m. lat., 0.08 m. crass., repertus Olympiae intra eam Altis portam, quae ad meridiem et orientem sita est. Litterae tenuiter incisae sunt. Ectypo et Furtwaengleri apographo usus edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 161. Exprimimus titulum e fide apographi Purgoldiani veram magnitudinem aequantis.



Var. lect. Furtwaengler litt. 2 V; Purgold diiudicari non posse refert utrum fissura in lineam inciderit necne.


--ιχος vel --ιλος καὶ Φιλιπ[π-]. Haec igitur sunt nomina duorum artificum natione Boeotiorum aut Chalcidensium aut Opuntiorum, quem ad numerum, si secunda littera est ⊦, addere licet Athenienses.

571 In glandula plumbea; Athenis a. 1869 exscripsit H. Heydemann; idem edidit Herm. XIV a. 1879 p. 317.

ΗΕΡΑΚΛΕΙΔΑΕΛΑΒΕ

Ἡρακλείδα· λαβέ.

572 Fragmentum marginis vasis aenei, 0.09 m. long., 0.012 m. lat., effossum Olympiae extra murum Altis ad meridiem versus. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 164; imago tertia parte minor est quam aes.



[— — τροπ]αίου (-ω) Διός vel sim.

573 Fragmentum aeneum in septem frusta fractum, a sinistra et a dextra mutilatum, sed supra et infra integrum, ut de vase restare utique non videatur; effossum est Olympiae, ab ecclesia Byzantina ad orientem et septentrionem versus. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVIII a. 1880 p. 64 sq.



— τῶ[ι] vel τοῖ[ι] Δί —.

574 Lamina aenea, fere 0.001 m. crass., effossa Olympiae a templo Iovis ad meridiem versus. Litterae late et profunde incisae sunt; per duo foramina olim clavi immissi erant, ut lamina affigeretur. Ex Furtwaengleri apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 162.

Var. lect. Purgold vs. 1 ϟΑΣΙΝϹ i. e. *κατινο*, quarum litterarum duae ultimae non ex toto certae sunt, vs. 2 fin. Λ pro I.

Vs. 1 [αἰ] κα σίνη[ται]? Vs. 2 [ἱ]αρεῦ vel [ἱ]αρῶ. Vs. 3 μαν[τ--] vel αἰ μά vel αἰ μάν. Vs. 4 [Ὀλύμ]πιον. Vs. 5 οὖτε. Elea huius tituli origo a fide non abhorret; scriptura congruit cum tituli n. 115, sed discrepant intervalla versuum primorum nec traditur, num huius quoque fragmenti in parte postica ornamenta incisa sint (cf. add. n. 115).

---

575 Baseos ex marmore Pario sculptae, in superficie aequa et in parte antica inscriptae, fragmentum hoc parvum Olympiae effossum est, 0.12 m. alt., 0.13 m. lat., 0.07 m. crass. Exscripsit Purgold.

--ίας ἐπ[οίησε — —]. Litterae ρο locum habuerunt in titulo eius, qui donarium dedicavit.

---

576 Frustum aeneum, 0.092 m. long., 0.028 m. lat., 0.002—0.005 m. crass., in latere inscripto convexum et linea profunde incisa divisum, repertum Olympiae a templo Iovis ad occidentem versus. Atque Weil id putabat esse segmentum tabulae maioris consulto in similitudinem folii circumcisum, ut cum aliis in coronam componeretur; Purgold vero sibi visus est agnoscere statuae aeneae fragmentum fortuita forma. Ex Weilii apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI a. 1878 p. 141 tab. XVIII 6.

Omnes versus dextrorsum currere apparet ex primo et secundo. Vs. 3 [Δ]ιὶ Ὀλ[υμπίῳ].

---

577 Marmor Parium Olympiae erutum, 0.11 m. alt., 0.24 m. long., 0.09 m. lat., supra et infra et ad dextram salvum, in sinistra et in postica parte mutilatum; infra litteras proiectura inaequabilis remansit. Exscripsit Purgold.

Nota. Ad dextram post A extremae partes litterae sub oculos cadunt, quam Purgold Σ fuisse iudicat.

[— — Κυ]δωνιά[τ]α[ς] vel --δονι αἰας.

---

578 Lamina aenea, 0.047 m. alt., 0.022 m. lat., 0.001 m. crass., infra integra, reperta Olympiae, ex templo ad occidentem versus; litterae 0.006—0.008 m. altae sunt. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI a. 1878 p. 140 tab. XVIII 1.

579 Lamina aenea satis crassa, undique mutilata, 0.065 m. alt., 0.035 m. lat., eruta Olympiae ante prytanei latus septentrionale. Litterae profunde exaratae sunt. Exscripsit Purgold.



Notae Purgoldii. Vs. 3 fin. in fractura Γ, i. e. Ɛ; vs. 5 interior pars litterae O periit; vs. 6 in fractura M.

---

580 Frustum aeneum, 0.053 m. alt., 0.035 m. lat., 0.005 m. crass., a nulla parte nisi, ut videtur, ab inferiore integrum, effossum Olympiae a Pelopio in meridiem et occidentem versus. Litterae incisae sunt ductu tenui, non profundo. Exscripsit Purgold.



Nota Purgoldii. Vs. 4 littera prima potest fuisse Φ.

---

581 Fragmentum marmoreum Olympiae effossum, praeter particulam marginis superioris a nulla parte incolume, 0.17 m. alt., 0.12 m. lat. Exscripsit Purgold.



582 Frustum laminae aeneae, 0.0015 m. crass., undique fractum effossum Olympiae a templo Iovis ad orientem et meridiem versus. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 162.



Nota. Vs. 3. Scriba litteram O videtur correxisse superimposita littera Λ.

---

583 In lapide qui Delphis prope ecclesiam S. Eliae humi iacebat. De Witte, annali dell' inst. arch. a. 1841 p. 13; Le Bas, voy. arch. n. 968.

de Witte	*Le Bas*
ΚΕΔΘΓ....	ΚΕΚΘΓ

---

584 Frustulum aeneum, quod de margine vasis videtur superare, undique fractum nisi quod infra litteras margo servatus est, effossum Olympiae extra murum Altis ad meridiem versus. Ex Furtwaengleri apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 163. Rectius exscripsit Purgold.



--αίδ[ας].

---

585 Lamina aenea, effossa Olympiae, a Philippeo ad septentrionem versus. Edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 164.



586 Duo fragmenta marmoris Parii inscripta litteris c. 0.022 m. altis, effossa Olympiae. Alterum *a* 0.10 m. alt., 0.065 m. lat., 0.04 m. crass., undique truncum praeter partem marginis inferioris, a templo Iovis ad meridiem et orientem solem repertum et a Furtwaenglero, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 148, editum est. Alterum *b* non nisi supra incolume, 0.09 m. long., 0.04 m. alt., 0.05 m. crass., effossum est a Pelopio ad meridiem et occidentem versus. Utrumque ex Purgoldii schedis repeto.

a




b



Nota. *a* vs. 3 Furtwaengler ꟻ pro Ǝ; idem et vs. 2 E et vs. 3 ꟻ ex littera B superesse contendit.
Versus βουστροφηδὸν dispositi erant.

587 Cuspis aenea magnam partem robigine cooperta, eruta Olympiae in prytaneo. Ex Furtwaengleri apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVII a. 1879 p. 164; imago tertia parte minor est quam ipsum aes.




Var. lect. Ad sinistram nihil deesse opinabatur Furtwaengler; qua de re dubitabat Purgold, quum aes denuo inspiceret sibi visus cognoscere vestigium ꓶ. Litteram tertiam E uterque incertam esse affirmavit, item quartam Σ.
Titulus forsan propter recentiorem aetatem non huius est provinciae.

588 Titulus incisus est sub fundo lucernae musei Britannici. Edidit Hirschfeld, arch. Zeit. a. 1873 p. 109; cf. Kaibel, epigr. Gr. n. 1131. Exscripsi.

ΕΙΜΙΔΕΠΑΥΣΑΝΙΑΤΟΚΑΤΑΠΥΓΟΤΑΤΟ

Nota. Primum O hanc fere habet formam 8, quae labente stilo potest esse orta.
Εἰμὶ δὲ Παυσανία τοῦ καταπυγοτάτου.
Intuenti mihi lucernam verisimile visum est eum, a quo Pausaniae dono data est, talem ambiguitatem his verbis occuluisse, ut et diceret lucernam esse Pausaniae et lucernae hiatu, quem circa titulus est scriptus, repraesentari anum hominis καταπυγοτάτου.

589 Fragmentum basis rotundae ex lapide calcario fusco sculptae, 0.30 m. altum, 0.60 m. in diametro habens, erutum Olympiae a buleuterio ad orientem versus; prope fracturam incisum est foramen, quo statua stabiliretur. Duo versus, alter curvus, alter directus, exarati sunt in superficie aequa adeo corrosa, ut aliquot locis vulnera non facile a litterarum reliquiis discernantur. Exscripsit Purgold.



Notae Purgoldii. Vs. 1 ante ΑΜ, item vs. 2 ante ΟΙ utrum litterae perierint necne, decerni non potest; vs. 2 inter I et O satis certo agnoscitur Μ.
Vs. 1 titulus artificis. Vs. 2 [— — τ]ίμου ἀνέθηκε[ν — —]. Ni ⊙ pro Θ adversari videretur, cogitari posse putarem de basi Milonis statuae subiecta; Paus. VI 14. 5: Μίλωνα δὲ τὸν Διοτίμου πεποίηκε Δαμίας ἐκ Κρότωνος καὶ οὗτος.

590 Fragmentum magni marmoris Parii, quod de basi superest, praeter partes lateris antici et superioris undique truncatum, 0.96 m. long., 0.51 m. lat., 0.36 m. alt., erutum Olympiae ante buleuterii latus orientale, ubi in recentiore aliquo aedificio, fortasse pro limine, videtur esse collocatum. Titulus in latere superiore litteris fere 0.025 m. altis incisus ab initio est integer. Exscripsit Purgold.

ΑΙΝ

Nota Purgoldii. Littera tertia summa cum probabilitate est Ν, quamquam lineola tertia minus bene est conservata; post illam litteram nihil certi dignoscitur.
Αἰ[νεσίδημος — —]? Cf. Paus. V 22. 7: ἰδίᾳ δὲ ἄνδρες Λεοντῖνοι καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ Δία ἀνέστησαν. μέγεθος μὲν τοῦ ἀγάλματος πήχεις εἰσὶν ἑπτά, ἐν δὲ ταῖς χερσὶν ἀετός τέ ἐστιν αὐτῷ καὶ τὸ βέλος τοῦ Διὸς κατὰ τοὺς τῶν ποιητῶν λόγους. ἀνέθεσαν δὲ Ἱππαγόρας τε καὶ Φρύνων καὶ Αἰνεσίδημος, ὃν ἄλλον πού τινα Αἰνεσίδημον δοκῶ καὶ οὐ τὸν τυραννήσαντα εἶναι Λεοντίνων. Huic igitur basi haud scio an illud fragmen tribuendum sit; certe in contrariam partem non afferendus est ordo nominum, quem Pausanias potest consulto immutasse, ut suum de Aenesidemo iudicium commode annecteret.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

3a Delphis in porticu *Atheniensium* a Gallis a. 1880 effossa. Titulus 14.30 m. longus uno versu, quem in imagine necesse erat dividere, litteris profundis aequalibus (praeterquam quod formae litterae λ variant) 0.18—0.185 m. altis scriptus legitur in eo gradu, quem stylobata format. Inter litteras ΠΟ et Ν intervallo 1.30 m. litterae perierunt; sed post illam litteram Ν, quod ante fracturam lapidis spatium vacuum est 0.26 m., quum singulae litterae tituli fere 0.12 m. inter se distent, inde constat ad dextram nihil interceptum esse. Edidit Haussoullier, bull. de corr. hell. V a. 1881 p. 12 sqq.

|ΑΘΕΝ|ΑΙΟΙ ΑΝ|ΕΘΕΣ|ΑΝΤΕΝΣ|
|ΤΟΑΝ ... |ΑΗΟ ... ΑΙΤΑΚΡΟΤΕ|
|ΡΙΑΗ|ΕΛΟΝΤΕΣ|ΤΟΝ ... Ν


Ἀθηναῖοι ἀνέθεσαν τὴν στοὰν κ[α]ὶ τὰ ὅπλ[α κ]αὶ τἀκρωτήρια ἑλόντες τῶν πο[λεμίω]ν. De illa porticu haec tradit Pausanias X. 11. 5: ᾠκοδόμησαν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι στοὰν ἀπὸ χρημάτων ἃ ἐν τῷ πολέμῳ σφίσιν ἐγένετο ἀπό τε Πελοποννησίων καὶ ὅσοι Πελοποννησίοις ἦσαν τοῦ Ἑλληνικοῦ σύμμαχοι. Ἀνάκειται δὲ καὶ πλοίων τὰ ἄκρα κοσμήματα καὶ ἀσπίδες χαλκαῖ· τὸ δὲ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἀριθμεῖ τὰς πόλεις ἀφ' ὧν οἱ Ἀθηναῖοι τὰ ἀκροθίνια ἀπέστειλαν, τήν τε Ἠλείων καὶ Λακεδαιμονίων, Σικυῶνά τε καὶ Μέγαρα, καὶ Πελληνέας Ἀχαιῶν, Ἀμβρακίαν τε καὶ Λευκάδα καὶ αὐτὴν Κόρινθον· γενέσθαι δὲ ἀπὸ τῶν ναυμαχιῶν τούτων καὶ θυσίαν Θησεῖ καὶ τῷ Ποσειδῶνι ἐπὶ τῷ ὀνομαζομένῳ Ῥίῳ. καί μοι φαίνεται τὸ ἐπίγραμμα ἐς Φορμίωνα τὸν Ἀσωπίχου ἔχειν καὶ ἐς τοῦ Φορμίωνος τὰ ἔργα. Saeculo sexto, sub Pisistrati tyrannide opinor, Athenienses hanc porticum aedificaverunt et confestim arma et rostrorum ornamenta in ea collocaverunt, inscripta in gradu illa dedicatione, quae iam in lucem rediit. Iidem multo post eiusdem generis spolia, quibus primis belli Peloponnesiaci annis potiti erant, in eadem porticu deo dedicaverunt ascriptis in pariete vel in tabula nominibus populorum, de quibus illa ceperant (ἀπ' Ἠλείων κτλ.). Pausanias autem, qua erat levitate, scripturae indiciis neglectis has duas inscriptiones ad easdem victorias spectare arbitratus est.

8 Hunc titulum Foucart ex exemplari a Rayeto secum communicato accuratius exprimendum curavit, mémoires présentés par divers savants à l'académie, a. 1878, p. 385.

ΗΟΡΟΣ
ΤΕΜΕΝΟΣ
ΕΠΟΝΥΜΟΝ
ΑΘΕΝΗΘΙΝ

Quibus supplementis ut certa fides adiungatur, vel ideo non decet postulare, quod ne id quidem constat, utrum litterae, quas fragmentum pusillum servavit, in hexametro et pentametro an in pentametro *et* trimetro locum habuerint. Vs. 3 post lineam extremam curvam ς Purgold particulam litterae rotundae se dignoscere ait et depinxit illam in schedis, quas oculis collustravi, sic ‹; quae lineae, si cohaeserunt, formasse possunt litteram ∿; sin aliter, illa fuerit γ forma singulari, haec s.

12 Frustulum marmoreum, quod superest de columnae n. 12 parte inferiore fracta, 0.15—0.16 m. longitudine et latitudine, inventum a Peloplo ad occidentem versus. Exscripsit Purgold et edidit typis excusum, arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 86. Utor ectypo.



Var. lect. Post ΜΕ partem inferiorem hastae, ni species fallit, paulum proclivis omisit Purgold, de qua non dubito quoad pulcro ectypo credere licet. Spatium autem, quod intercedit inter litteram Ε et fracturam, typotheta in diario archaeologico iusto maius finxit.

Θρασυμάχου παῖδες τοῦ Μαλίου [ἐν Μεγαρεῦσι]
τῷ Διὶ Δάπαλκος καὶ [e. g. Στρατοκλῆς] με [ἀνέθεν].
Γρόφων ἐποίει Μάλιος Καβ[ειροκλ]ῆς (?)

12a Duo fragmenta marmoris Parii, reperta Olympiae, praeter marginem superiorem, qui in fragmento *b* est servatus, undique truncata, latitudine, si coniuncta metiris, 0.34 m., altitudine, ubi est maxima, 0.12 m. Exscripsit Purgold.

a *b*



Haec reliqua sunt ex altero exemplari tituli n. 12, quod in lapide forma quadrata perscriptum ad alterum donarium ab iisdem hominibus dedicatum spectabat; atque litterarum ductu tam simile priori illi dicitur esse, ut eadem manu confectum esse videatur. Quam similitudinem ad dispositionem litterarum non pertinuisse, fastigium infra litteram Σ superates caeteris alterius versus litteris interceptis ostendit. Quod si non restat ex littera Α sed, ut visum est Purgoldio, ex littera Μ, distichum uno versu exaratum eique artificis titulum subiectum esse putarim.

17 Vide in his Addendis n. 27*a*.

20 Serius, quam ut in ordinem inseri possent, aliquot testae inscriptae einsdem generis innotuerunt; septem enim (sc. titt. 2*a*, 4*a*, 16*a*, 85*a*, 87*a*, 108*a*, 109*a*) post reliquas emit museum Berolinense, tres (sc. titt. 43*a*, 59*a*, 60*a*) possident Rollin et Feuardent Galli, edidit O. Rayet, gazette archéologique a. 1880 p. 101 sqq., unius notitia (sc. tit. 36*a*) debetur Iacobo Dragatsae, Παρνασσ. a. 1881 p. 138 sq.

2*a*

Ἀμφιτρ[ίτα], [Π]οτειδάν. Ad sinistram margo servatus est

4*a*

Haec testula, in qua pictus est sagittarius cum nomine ascripto Τι[ῦκρος], subsidens sub scuto figurae fractae (Aiacis), dextrorsum telum intendens, superat ex laeva parte eius tabulae, cuius in dextra parte scriptus est titulus 4; intercidit igitur inter duo fragmenta ea testae pars, in qua equi erant picti. Respondebat autem Teucro ad dextram Pandarus haud dubie eodem habitu repraesentatus.

16 Huius testae imaginem expressit etiam Dragatses, Παρνασσ. a. 1881 p. 137 sq., neglecto tamen eo titulo, qui acu incisus est.

16*a*

---ι Ποτειδᾶνι τ---.

36*a*

Μι[δ]ωνίδας ἔγραψε [κ]ἀνέθηκε. Titulus non uno nomine notabilis; nam ut litteram ꜰ a scriptura Corinthiaca alienam corrigamus et dissolutionem illam orationis molestam tollamus: tamen restat littera E quinquies litterae 8 vicaria. Pictorine nova et singularis alphabeti varietas placuerit an editor quintuplicis erroris reus sit faciendus, animi pendeo. Litteram ↓ modo duobus signis (cf. tit. 98 Ψο--) modo uno, prout libuit, Corinthios videmus scripsisse eadem inconstantia, qua Boeotios in littera ξ scribenda usos esse constat.

43*a*

Ad laevam: Ποτειδάν, quo in nomine pictor pro ꓱ ꓱ scribere debuit aut ꓱ aut ꓱ 8; ad dextram: Ἰγχ[ρ]ων μ' ἀνέθηκε. Tertiam litteram ᛗ minus claram esse annotat Rayet; nomen restitui potest ex testa ab eodem viro dedicata, tit. 43, ubi littera P est certa.

46 Potius [Ἀ]ρνησίων, ab ἀρνεῖσθαι, cf. n. 172 Ἀρνησίχα.

59*a*

Ὀνύμων.

60*a*

Σόρδις.

68 Postquam vocem dubiam denuo contemplatus sum, hoc addo dubitari posse, an fuerit olim in testa 8 pro K, certum autem esse Σ. Conieci igitur αὐτοπό[ι]ια seu potius αὐτόπο[ι]ια i. e. αὐτόποια ab ipso confecta; cum diphthongo O8Σ pro οι confer AE pro αι titt. 4 et 5. Quae coniectura si conveniat, donator gloriatur, quod donaria ipse fabricatus est; idem de se praedicat Midonidas, tit. 36*a*. Cf. praeterea tit. 114.

85*a*

[--α]νέθηκε. Titulus incisus est.

87a

— — μὲ ἀνέθ(η)κε τῷ [Ποτειδᾶνι].

107 --ας εἰμ[ί]. Titulus superiore dignus erat loco.

108a

Periit versus hexameter; deinde [—◡ ἐπ]αγγείλας· τὺ δὲ δὸ[ς χα]-ρίεσ(σ)αν ἀμοιϝάν. Cf. titt. 62. 63. 64.

109a

[Π]οτει[δάν].

23 Loeschckio (arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 32 not. 13) vas intuenti manus inexercitata hunc titulum videbatur voluisse incidere: Ξενοκλῆς μ' ἔδωκέ τοι.

24 Purgold Λ et M at Γ.

26a Titulus *Corinthius*. Tria fragmina marmorea inter se finitima, effossa Olympiae, fragm. *a* prope id aedificium, quod meridionale vocare fossoribus placuit, fragm. *b* et *c* apud templum Iovis. Atque haec tantum superiorem servarunt marginem, fragm. *a* etiam inferiorem et posticum, ut totum lapidem 0.245 m. alt., 0.17 m. crass. fuisse inde constet; longitudo trium fragmentorum compositorum est 0.24 m. Exscripsit Purgold et agnovit epigramma a Pausania memoriae traditum. Ectypum contuli.

a *b* *c*

[Ναϝὸς μὲν φιάλαν χρυσέα]ν ἔχει, ἐκ δὲ [Τανάγρας]
[τοὶ Λακεδαιμόνιοι συμ]μαχία τ' ἀν[έθεν]
[δῶρον ἀπ' Ἀργείων καὶ Ἀθα]ναίων καὶ [Ἰώνων],
[τὰν δεκάταν νίκας εἵν]εκα τοῦ πο[λέμου].
5 — — — — Κο[ρινθ]ι[ο- — —]
6 — — — — ρ — — —

Annus pugnae est Ol. 80.4. Paus. V 10. 4: ὑπὸ δὲ τῆς Νίκης τὸ ἄγαλμα ἀσπὶς ἀνάκειται χρυσῆ Μέδουσαν τὴν Γοργόνα ἔχουσα ἐπειργασμένην. τὸ ἐπίγραμμα δὲ τὸ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι τούς τε ἀναθέντας δηλοῖ καὶ καθ' ἥντινα αἰτίαν ἀνέθεσαν· λέγει γὰρ δὴ οὕτω· ναὸς κτλ., cuius epigrammatis in versu secundo librorum corruptelis depravato eadem verba felici divinatione viri docti restituerunt, quae re vera in lapide sunt. Atque alia nondum nota discimus: epigramma non in ipso clipeo tam alte suspenso, ut, si in illo incisum fuisset, legi non potuerit, sed in lapide infra collocato, neque Laconico alphabeto sed Corinthio (cf. X et OY) scriptum fuisse; subscriptus videtur fuisse aut catalogus sociorum aut titulus artificis Corinthii.

27a *Sicyoni* titulum n. 17 addicendum esse demonstrat apographum novum Purgoldianum, quod iam pro illo parum accurato substituitur (arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 171):

Nota Purgoldii. Clare noscitantur litterae Ξ et I. Nam nomen ad finem perscriptum fuerit, certo diiudicari nequit; videtur tamen non fuisse perscriptum.

Σικυωνί(ων). Ipsi igitur Sicyonii victoria reportata spiculum dedicaverunt.

27b Notae fabriles in sedecim saxis thesauri *Sicyoniorum* Olympiae effossis. Quorum saxorum latera inferiora maximam partem in trinas fascias divisa ita caesa sunt, ut media quaeque fascia excavaretur et aspera maneret, reliquae levigarentur; harum igitur in altera notae fabriles incisae sunt. In imaginibus ad decimam partem reductis, quas ante oculos habes, integra linea indicat ipsum lapidis marginem, punctis scripta fines fasciarum. Paucas harum notarum ediderunt Curtius et Adler, Ausgrabungen in Olympia IV p. 36, quindecim Purgold, arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 174 sqq., sextae decimae post illas repertae apographum et ectypum idem submisit.

Nota. Tit. 8 lineolam obliquam ligo operarii in effodiendo incidit.

Tit. 1 *α*, tit. 2 *β*, tit. 3 *δ*, tit. 4 *δ*, tit. 5 *α δ*, tit. 6 *ι ε(ι)*, tit. 7 *ϝ*, tit. 8 *ζ*, tit. 9 *ζι*, tit. 10 *πα*, titt. 11—14 *ϝε*, tit. 15 *εϝ*, tit. 16 *μ*. Alphabetum Sicyonium, quod titulis thesauri n. 27 *b c d* aetate paribus et titulo cuspidis n. 27*a* aliquanto vetustiore palam factum est, multis quidem rebus Corinthio est simillimum, his vero discrepat ab illo, quod ea aetate, qua iam vocalis *ι* signo I et consonans *σ* signo Ϟ vel ϟ scribebatur, una cum littera X usurpavit litteram E aut ex antiquissimo usu retentam aut ex Ionica scriptura praeoccupatam et quod eadem aetate iam in usum vocavit signum 8 pro antiquiore ⅂ vel ᛋ.

27*e* Lapis arenaceus fuscus, 0.11 m. alt., 0.56 m. lat., 0.46 m. long., qui olim fuit in antis ad portam thesauri *Sicyoniorum*, effossus est Olympiae ab octavo thesauro ad septentrionem versus in sepulcro christiano. Cuius ut operculum esse posset, ex forma antiqua maiore in hanc minorem redactus est; postea insuper est fractus. Neque tamen in his calamitatibus titulus in parte antica angusta incisus detrimentum cepit; nam inferiores litterarum partes, quae nunc desiderantur, in lapide altero vicino deperdito exaratas fuisse ex lapidis servati fabrica efficitur. Litterae integrae 0.04 m. altae fuerunt. Ex Purgoldii apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 170sq.

Nota. Purgoldio prima linea admodum prona potius ex ϟ quam ex Ϟ superesse et vestigiorum, quae post secundum O cernuntur, alterum fortuito factum, alterum ex littera I restare visa sunt.

Superior pars vocis ϟXKYONIOI Σικυώνιοι vel — id quod malim, nisi obstet caput litterae extremae — ϟXKYONION Σικυωνίων. Cf. Paus. VI 19. 1: *ἔστι δὲ θησαυρὸς ἐν Ὀλυμπίᾳ Σικυωνίων καλούμενος, Μύρωνος δὲ ἀνάθημα τυραννήσαντος Σικυωνίων. τοῦτον ᾠκοδόμησεν ὁ Μύρων νικήσας ἅρματι τὴν τρίτην καὶ τριακοστὴν ὀλυμπιάδα.* Hunc titulum multo recentiorem esse nemo non videt; quapropter temporis notam a vetustiore thesauro, de quo duo thalami aenei (Paus. VI 19. 4) reliqui erant, ad recentiorem circa eos constructum a Pausania male translatam esse coniecit Kirchhoff.

27d Saxum 0.29 m. alt., 0.56 m. lat., 0.975 m. long., erutum Olympiae, ubi et ipsum quondam fuerat in antis thesauri *Sicyoniorum*, tum re divivum muro ecclesiae Byzantinae insertum erat. Quod saxum quum ad dextram non cohaeserit cum altero, in inscriptionis versibus duobus non plus quam binae litterae possunt periisse, quas pars dextra in latere inscripto fracta hausit; versus alterius pars inferior trans commissuram erat scripta. Altitudo litterae B est 0.04 m., spatium inter versus 0.075 m. Edidit Purgold, arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 172 sq.



Nota Purgoldii. In littera tertia ⊗ crux non est certa. Supra litteram B lineae quaedam dignoscuntur, sive illae ex littera O reliquae seu potius casu factae sunt; ad sinistram linea perpendiculata diligenter incisa.


Βοῶ[ν] Κυψ[έλου]. Cypselum enim Corinthi tyrannum conicio, quum Iovi Olympio boves corporum magnitudine insignes immolasset, pelles vel calvas vel cornua in foribus thesauri, quem Myro tyrannus urbis vicinae recens aedificaverat, permissu illius suspendisse ascripto litteris vetustissimis titulo: Βοῶν Κυψέλου. Qui titulus multo post a Sicyoniis novo thesauro constructo et anathematis vetustis in eo collocatis recentiore scriptura ad eius portam repetitus est: BOON|KY-YΣ|ΛOY.

33 Purgold Ɛ pro E.

36a vs. 11 corrige typothetae sphalma ϙ pro ϙ.

37 In imagine vs. 3 corrige xylographi errorem Ϟ pro C. In primo hexametro collato titulo add. n. 43a iam apparet rectius scribi [ϝανά]κων pro [ἀνά]κων.

43a Rota aenea, quae dicitur *Argis* reperta esse, tanta quantam infra vides. Aestate a. 1880 Athenis apud quendam rerum antiquarum mercatorem raptim exscripsit Purgold.




Τοῖ(ν) ϝανάκοι(ν) εἰμι· Εὐδ...ς ἀνέθηκε, fortasse pro victoria curuli.

44a Edidit titulum Purgold, arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 83.

46 Purgoldii testimonio hae litterae ducta continuo incisae sunt: litt. 5 N, litt. 6 I, litt. 9 A, litt. 10 Γ, litt. 16 D. Littera 19 est H.

57 Pro p. 335 corrige p. 355.

62a Tabulae canae marmoreae pars inferior, quae ipsa in quatuor fragmenta continua dissoluta est, 1.14 m. alt., infra 0.52 m., supra 0.59 m. lat., 0.13 m. crass., cum basi rudi 0.25 m. alta, reperta Varliae prope *Sellasiam*, deinde Spartam in museum translata. In ea tabula Dioscuri sculpti erant nudi, stantes, in medium conversi, alter ad dextram alter ad sinistram, hic manu dextra coronam tenens; figurae nunc ita mutilae sunt, ut utriusque pars superior venire tenus, praeterea sinistrae crura magnam partem perierint; etiam titulus cruribus figurarum interiectus inferne mancus est. Purgold exscripsit et ectypum misit.



ΙDλεπτιάδας μ' ἀ[νέθηκε] Διοσκώροισιν ἄ[γαλμα],
Τινδαριδᾶν δ[ιδύμοιν] μᾶνιν ὀπιδ(δ)ό[μενος].

Ad vocalem ι vocis Τινδαριδᾶν cf. titulum Cythereum, bull. de corr. hell. II a. 1878 p. 365, Mittheil. des deutsch. arch. Inst. in Athen V a. 1880 p. 231. Lacunas explevit Kirchhoff.

67 Huius lapidis, 0.94 m. alti, 0.44 m. lati, inserti muro ecclesiae S. Ioannis, apographum et ectypum a se confecta misit Purgold.



Idem annotat haec: Titulum supra et infra integrum esse spatium scripturae vacuum demonstrat. Vs. 1. Post ΘΑΛ certa est linea prona \; prope hanc tria vulnera lapidis, cuius generis multa in hac regione cernuntur, falsam ansarum speciem habent et occulunt eadem lineam obliquam / vix conspicuam; mox N certo noscitatur. Vs. 2. Ante litteras certas ΙΜΑΧ spatium admodum corrosum uni aut duabus litteris supplendis sufficit; post Χ omnino nihil lectionis Le Basianae dispicitur. Vs. 3. Littera secunda est Λ, quod laesura simile factum est litterae N. Vs. 4. Nomen dubitationi non obnoxium est; ultima littera hodiernum lapidis marginem transiit. Vs. 5. Prima littera fuit aut B aut D. Vs. 6. Littera secunda E certa, item quinta I; sexta videtur fuisse V.

Nomina igitur fuerint haec: vs. 1 ectypum videtur admittere nomen Θαλαμόλας; Purgold: Θαλυνόλας vel Θαλχινόλας; vs. 2 [Τ]ιμάξ[ενος], cf. C. I. G. 7881. 7882. 7883; vs. 3 Ἀγχίβιος; vs. 4 Ἀριστομαχίδα[ς]; vs. 5 [Β]ίων seu [Δ]ίων seu — ni ectypum fallit — ϝίων; vs. 6 [Μ]είδιχος seu [Φ]είδιχος; vs. 7 Τιμόδαμος; vs. 8 Ἀρχίας.

73 De initio tituli hoc frustulum superat a Purgoldio exscriptum:




[Δέξ]ο ϝάν[αξ] κτλ.

77a Marmor album, 0.52 m. alt., 0.25 m. lat., 0.15 m. crass., repertum *Geronthris* (Geraki); ex ectypo, quod Georgios Papanicolaos miserat, exscripsit Purgold.

ΤΕΛΕΦΑΝΕΣ
ΕΜΠΟΛΕΜΟΙ

Τελεφάνης ἐμ πολέμῳ. Cf. n. 77.

77b Basis ex uno marmore cano ita sculpta, ut pars inferior 0.40 m. longa, 0.345 m. lata, 0.145 m. alta, superior 0.35 m. longa, 0.325 m. lata, 0.09 m. alta sit; reperta est *Geronthris* (Geraki), exstat ibi in ecclesia. Quae ut olim cippum ferebat demissum in foramen quadratum, quod supra incisum est, ita nunc crucem diebus festis erectam suscipit, ad quam stabiliendam duo foramina rotunda antiquo sunt addita. Exscripsit Purgold.



Εὐάλκης ἐν πολέμῳ ἐν Μαντινέᾳ. Cf. n. 77. Hoc igitur in titulo, qui post pugnam a. 418 commissam videtur incisus esse, vocalis η antiquiore littera scripta est quam in eo, n. 88, quem propter Hagesistratum ephorum anno 426 tribui; quae difficultas ut aperiatur, spes est fore, si plures titulos temporum notis insignes Laconia suppeditaverit.

82 Purgold P pro D.

91 Similia de hoc titulo exposuit Iebb, the journal of Hellenic studies I a. 1880 p. 23 et p. 58. Ectypo a Purgoldio accepto accuratiorem lapidis imaginem subicio.

In priore titulo litterarum sulci angusti et profundi ductu perelegenti exarati sunt. Quo in titulo quum litterae aequabili modo dispositae sint, vox Θ[νίων] numerum litterarum interceptarum excedit; supple Θ[νῶν]; nam versu altero post Θ, ubi vocalem scriptam fuisse necesse est, hastae pars inferior reliqua non in medio spatio, quod littera occupavit, sed ad sinistram incisa non potest non superesse aut ex Ͱ aut ex Ϝ.

99 Rectius titulum exscripsit Purgold.

Nota Purgoldii. Littera sexta Ϛ et deinceps hasta directa et lineae duae obliquae valde incertae sunt. Vs. 3 fin. Litterarum lineae lapide corroso dilatatae sunt.

Πυ[κ]τα[ς τόν]δ᾽ ἀνέθηκεν ἀπ᾽ εὐδόξοιο [Κ]υνίσκος
Μαν[τ]ινέας νικῶν, πατρὸς ἔχων ὄνομα.

Cf. Paus. VI 4. 11: Κυνίσκῳ δὲ τῷ ἐκ Μαντινείας πύκτῃ παιδὶ ἐποίησε Πολύκλειτος (sc. senior) τὴν εἰκόνα.

100a Titulus *Mantinensis* (?). Fragmentum marmoris Parii, 0.18 m. long., 0.15 m. alt., 0.06 m. crass., igne laesum, undique mutilum, nisi quod margo inferior servatus est. Edidit Purgold, arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 181.

— — [Μ]αντι[νε — —].

105 Litteras non incisas sed instrumento caeli simili impressas esse nuntiat Purgold; inde intellegitur, cur aerarius quadrata pro circulis substituerit. — Postquam dialectum Eleam mirae cuiusdam inconstantiae fuisse cognitam est, vis argumenti ex vocali ι vocis εὐεργίτας petiti aliquanto imminuta est.

106 Paterae illud aes tribuendum esse iudicat Purgold; eidem altima linea prona \, quamvis incerta sit, potius de V videtur superare.

107 Purgold testis est vs. 1 inter O et T lacunam minorem esse quam quae litteram Γ possit interemisse; supplendam igitur esse litteram I; eodem versu inter Σ et O intercidisse litteram E ita ut ansae in fragmento dextro etiam nunc exstent; vs. 6 B pro R; vs. 11 Ↄ pro ⌣. Qua nova lectione efficitur, ut paulo ampliora supplementa opus sint, quam supra conieceram; ideo hunc fere tituli tenorem fuisse existimo:

[Ἐπεὶ πολλὰ χρήματα ἔ]δωκαν, οἱ τὸ χρύσεον
[. . . . . κατεσκευ]ασαν τὸ ἱερὸν τῶ Διός,
[ἔδοξεν τοῖ δάμοι ἦ]μεν αὐτὸς καὶ γενεὰν
[— — — — προ]ξένος καὶ εὐεργίτας·
[summa pecuniae, — — ισ]εος Θεοδότω Μάγνης
[. . — —]ην Θηβαῖος
[. . — —]ς Συρακόσιος
[. . — —]Σεκυώ[νι]ος
[. . — —]ς Ἀργεῖος.
[Ἐπὶ — — τῶ — —]κλέος καὶ Ὀλυμπιοδώ-
[ρω τῶ δεῖνος ἑλλαν]οδικόντοιν.

Ad ἑλλανοδικόντοιν cf. ἱαραρχόντων in duobus titulis Boeoticis apud Decharme, archives des miss. scient. IV a. 1867 p. 486 n. 1 et p. 492 n. 2.

109 Purgold legit vs. 3 post Ψ non D, sed P; vs. 4 non T, sed Σ; vs. 7 litteram, quae est post ΚΑΤΔ, accipi posse refert A; post eam in margine cerni vestigium lineae directae; vs. 8 rimam mediam esse inter O et Π. Haec igitur lucramur: vs. 4 αἰ ζα[λ--], vs. 7 λατρει[ώμενον]. — Vs. 2 αἰ μὰ 'πέν[πει]? cf. n. 112.

110 Vs. 4 τά τ' ἄ(λ)λ(α) καὶ. Vss. 9. 10 verte: imprecatione tenetur eo quod hic scriptum est; cf. add. n. 119 vs. 14 [τ]οῖ ταύτῃ γεγρα(μ)μένοι τήνεισοι.

111 In imagine vs. 4 med. imae litterarum partes sic erant exprimendae: ι ∧ ı i. e. I K A.

112 Huic titulo nec non aliis Eleis operam dedit Comparetti, Accademia dei Lincei, anno CCLXXVIII (1880—1881); cuius placita quum hic repetere non conducat, ex ipsius libello lectores, si libet, cognoscant. Purgoldio teste lineis tenuissime incisis ita usus est aerarius, ut aliorum versuum litterae ex eis pendeant, aliorum litterae in eis insistant; littera O non pistillo est impressa, sed scalpello incisa. Vs. 7 ΑΙΣΕΤΙΣ; vs. 8 post VO fractura hastam directam comitari videtur; ibid. fin. AV˙˙ᴬK; vs. 9 ante IN et infra = in frusto minutissimo, quod in imagine non accurate delineatum est, servata est linea procumbens \, quae de nulla littera nisi de V potest reliqua esse; post N verisimile est fracturam in lineam obliquam incidisse; deinde ante K in fractura hasta perpendicularis servata est; inter duo omicra reliquiae litterae I offeruntur; post alterum O angulus sinister litterae Γ; in dextro lacunae margine hasta; tum N. Haec igitur ineunte versu nono dispecta sunt: \ I N / IKFOIO ΓINA+; itaque conicio: [τ]ὺ 'ν [αἰῶ]ν' κ' εἴη ὁ πίναξ ἱαρὸς Ὀλυνπίαι, hic in omne tempus tabula sacra esto Olympiae.

112a Titulus *Eleus* in saxo calcario concharum in lapidem mutatarum pleno, lat. 0.34 m., alt. ad dextram 0.37 m., ad sinistram 0.42 m., crass. 0.17—0.20 m., scriptus litteris late et profunde incisis. Illud saxum repertum est a. 1880 a Purgoldio in vico, qui appellatur Koskina et in valle Cladei fluminis dimidiae horae itinere ab Olympia situs est. Ibi muro domus quatuor annis ante aedificatae erat inditum; sed unde arcessitum esset, incolae nesciebant; postmodo in museum Olympicum delatum est. Margo superior, cuius cursum obliquum versus primus comitatur, antiquus videtur esse; a caeteris partibus saxum recenti tempore ab operis circumcisum esse dicitur. Edidit Purgold, arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 179. Apographum eius repeto, insuper adhibens ectypum bene expressum, quod eius in tanta lapidis asperitate fieri potuit.


Notae Purgoldii. Vs. 1. Linea directa, quae est secundum litteram Π, Purgold dubitat an fortuito ictu orta sit. Vs. 4. In littera prima supra ad laevam potius lapidem laesum quam hastam directam ultra ansam superiorem productam esse iudicat. Ibidem elementum tertium laesum illud quidem infra, sed satis certum esse affirmat.

Var. lect. Vs. 4 fin. Ansam mediam litterae E ad apographum Purgoldianum, in quo deest, ex ectypo addidi.

Quod nulla littera dissecta est maximeque ad sinistram omnes litterae ex ordine collocatae a margine paribus intervallis distant, id noluerim mero casui tribuere, praesertim quum opinio condicionis lacerae nihil iuvet ad titulum intellegendum. Quamobrem nusquam nisi infra titulum truncatum esse ratus lego: ῥιπὶρ ἐγὼ Ξενϝάρε[ος]. Interdicit igitur Xenvares, ne quis rem quandam patentem tamquam vacuam arripiat. Quid autem fuerit illa ῥιπίρ, incertus animo pendeo; credam fuisse magnum follem fabri aut carbonarii; varia congessit Hesychius: ῥιπίρ· ῥιπίς, τὸ πλέγμα, ἢ ἐκ σχοίνων πίτασος· Ἀττικοὶ δὲ ῥιπίδα, ᾧ τὸ πῦρ καίουσι· καὶ τραπίζας οὕτω λέγουσι, et ibid. ῥιπίς· τοῦ σκέλους τὸ ἀγκυλίδιον.

113 Quod in Abrensii interpretatione dubitationi obnoxium erat μὴ pro μά usurpatum, eam offensionem iam sustulit fragmentum tituli n. 119 in his Addendis editum. Itaque illud μὴ δάμοι iam magis arridet.

113a Lamina aenea 0.204 m. long., 0.097 m. alt., reperta Olympiae a palaestra ad meridiem versus; fracta est ita, ut sospes manserit margo superior, margo sinister, forsitan angulus sinister inferior. Litterae profunde et distincte exaratae nusquam loci dubitationem admittunt. Ex Purgoldii apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 77.



Vs. 1 τῶν ἐπιδεκάτων καὶ τ-. Vs. 2 τοῖς Ϝαλείοις θυομ[εν-]. Vs. 3 [ἐγ]γυτέροις, αἱ χραῖδ(δ)οι i. e. χρήζοι. Vs. 4. Initium versus ut intellegi nequeat, efficitur signo septimo in Elea litteratura nondum noto; ea quae sequuntur, forsan accipienda sunt in hunc modum: αἱ δὲ τῆλλα[νο-δικ-] i. e. τῶ ἑλλ.- vel τοῖ ἑλλ-. Vs. 5. Quamquam tertio loco semicirculum certum esse Purgold disertis verbis testatur, tamen Kirchhoffi lectio κὴ[κατ]έ[ν]βαν τελ[ε]ί[αν] ad reliquas litteras tam egregie convenit, ut aerarium aut aliquo modo errasse aut mirae cuidam libidini morigeratum litteram ϙ incidisse putem. In littera septima N Purgold praeter tertiam lineolam agnovit secundam: ᛋ.

113b Lamina aenea solida, 0.298 m. longitudine, altitudine ubi est maxima 0.082 m., ubi minima 0.08 m., effossa Olympiae a Leonidaeo in orientem versus. Marginem antiquum praeter paucas particulas fractas fere undique esse servatum inde videtur posse colligi, quod figurae ornatus causa in latere postico incisae, quae titulo putantur esse antiquiores, supra perfectae et ad finem perductae sunt, et quod versus primus et ultimus sunt incolumes, et quod ad sinistram omnes litterae a margine tantundem distant, et quod ad dextram vs. 5 et vs. 8 ultimae litterae artius sunt collocatae, ut locus sufficeret. In medio fere tabula est infracta; litterae neque ita aequaliter neque profunde incisae ex parte difficiles sunt cognitu. Versus quintus duobus foraminibus interrumpitur, quorum alterum etiam nunc capite plano clavi impletur, alterum apertum est. Ea foramina aetate titulo antecedere assentior Purgoldio; nam aerarius quum in eo, quod est ad sinistram, caput clavi etiam tum haerens invenisset, in eo ipso partem litterae A — si apographum recte interpretor — exaravit; neque minus alterius foraminis, quod est apertum, videtur rationem habuisse litteris K et A circa id collocatis; accedit quod Purgoldio auctore margo incisa ansa superiore litterae K introrsum flexus est et quod hoc foramen in media quadam figura ornamentorum terebratum est proportione diligenter observata (cf. add. n. 116). Ectypo et Purgoldii apographo usus edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 78 sqq.; cf. Purgold, ibid. p. 91 sqq.; Buecheler, mus. Rhen. XXXVI a. 1881 p. 620 sq., Comparetti, the journal of Hellenic studies II a. 1881 p. 365 sqq.



Notae Purgoldii. Vs. 1. Litterae ⊢ linea inferior obliqua quamvis perspicua sit videtur esse fortuita, superest autem vestigium lineae fastigatae descendentis a capite litterae. Vs. 4. Litterae, quae sunt duodecima et tertia decima a fine retro numeranti, haud facile dignoscuntur; nec non earum, quae sequuntur, aliquot difficiles. Vs. 6. Extremae litterae magno labore leguntur, ultima incerta est; post illam nihil videtur intercidisse. Vs. 7. Post litteram nonam I lineae et puncta nullo ordine posita casu potius videntur esse orta quam consilio incisa; in littera N, quae est inter E et I, tertia linea est obscura; litterae decem extremae tam evanidae sunt, ut certo confidere apographo non liceat. Vs. 8. In fractura de littera I parum constat, praesertim quum solito propior litteram O sit; mox littera < minus perspicua est, ansae obliquae inter se non videntur tangere; deinde supra litteram I vestigium incertum lineae aequae; litterae ΔIA paene oblitteratae sunt. Vs. 9. Post fracturam litterae I et V et T parum clarae, litterae O quasi umbra superest; post eam spatium videtur esse vacuum.

-τοι ζί κα Θεοκόλοι Θ...(.).ι αὐτοῖ καὶ χρημ(α)τοις, ὅτι [αὐ]-
[τ]ῶ γαῖ εἴη ποτ' ἀλάθεια[ν]. αἰ δ' ἀ(del. I)λ(λ)οτρία πο(λ)οῖτε, (πε)ν(τ)ακ-
ατίας κα δαρχμ(ά)ς ἀποτίνει κατὰ ϝίκαστον ΘίΣ(del. T)μ(ι)ον (?).
ὅ τι ἀδίκως ἔχοι καὶ πολοῖτο ἀδίκως γᾶ(ς). γνώμα δὲ κ' εἴη τι-
αρομάω. τὰ δὲ δί(κ)αια δίφυια. τὸ δίκαιον τόδε κα Θεοκό-
λος ἐπωπῷ, ἅ λῷ (?) δαμιοργία. τὸν δ' ἀλ(λ)ο(τρίαν πολέοντα)
ἀποϝη(λ)ίοι κ' ἀπὸ μαντείας. τοὶ δὲ — — — κ'
εἴη τοῖς χρημάτοις (τ)οῖ(ς) ἐν τ(α)ῖ (ϝ)οικί(α)ι καὶ — —
καὶ τοῖς ὑπαδυγίοις τοῖς αὐτῶ.

Pertinet haec lex, quantam in titulo difficillimo cognoscitur, ad terram dei compluribus hominibus collocatam; atque inde a versu secundo statuitur, quid sit faciendum, si quis partem ab alio conductam occupaverit et coluerit. Vs. 1. Desideratur initium tituli in altera tabula perscriptum; litteras primas ⁻OI malim addicere optativo quam articulo. Vss. 2 et 5 Kirchhoff γᾶ i. e. γῆ. Vs. 2 ΓΟΙΟΙΤΟ, vs. 4 ΓΟΓΟΙΤΟ; ambigitur, utrum verbum sit corrigendum; ego id malui corruptum indicare, quod priore loco legitur, fisus titulo add. n. 117; quamquam in nostro titulo utrubique exspectari debebat πολέοιτο. Vs. 3 ΘίΣμιον mensura agri? Vs. 4. Diiudicatio penes hieromanm esto; τιαρ- i. q. τῶ ἱαρ-. Versus 5 sqq. intricati quatenus resolvi possent, dubitanter periclitatus sum. Vs. 5. Si quis iniuste obtinebit et colet terram alienam, non modo multa quingentarum drachmarum ab eo exigetur, sed etiam vectigalia legitima, quae cultori agri sacri imposita sunt, iniusto cultori solvenda erunt duplicia. Vss. 5. 6. Hoc vectigal curato (ἐπωπᾶν) theocolus, ut placebit damiurgiae (?); an ἐπ(ι)π(ο)εῖ imponito? Vs. 6 ἅ λῷ i. q. ᾗ θέλοι, ὅπως ἂν θέλῃ? cf. λωίταν add. n. 119. Vs. 6 fin. Kirchhoff: τὸν δα[μ]ο[ν], quem interpretatur δημότην. Finem huius versus cum initio sequentis si placet coniungere, quid causae fuerit, cur tantum spatium maneret vacuum, equidem nequeo explicare. Desunt fortasse quaedam, quum scriba ex texto, qui ei imitandus propositus erat, aut male scripto aut vetustate corroso se illa describere posse desperaverit; eundem saepius non intellexisse quid exararet, testimonio sunt menda plurima et ineptissima. Neque quisquam postea hoc exemplar in templo ritu sollemni suspensum explere aut corrigere curavit. Vs. 7 ἀποϝηλίοι, cf. n. 117. n. 118. Vs. 7 sqq. τοὶ δὲ κτλ. Sententiam magna, ut par est, cum dubitatione propono hanc: Iusto conductori securitas (?) esto bonis, quae in eius domo sunt, — — et iumentis eius. Vs. 8 fin. Kirchhoff: ἢ μήλοις. Vs. 9 ὑπαδυγίοις i. q. ὑποζυγίοις.

113c Lamina aenea, 0.518 m. long., 0.075—0.08 m. alt., c. 0.002 m. crass., reperta Olympiae a Leonidaeo ad orientem versus, ab omnibus partibus integra. Litterae ductu lato et profundo incisae et bene conservatae sunt; tabula prope marginem superiorem quatuor foraminibus terebrata est, prope inferiorem octo foraminibus. Ex Purgoldii apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 81 sqq.; cf. Buecheler, mus. Rhen. XXXVI a. 1881 p. 621 sq.; Comparetti, the journal of Hellenic studies II a. 1881 p. 373 sqq.

(Textum vide pag. 179.)

Nota Purgoldii. Obscurae sed nihilosecius certae sunt vs. 1 littera octava a fine E, vs. 1 litterae sextae a fine P linea superior, vs. 1 litterae quartae a fine N linea tertia, vs. 1 littera tertia a fine E, vs. 2 littera septima a fine E, vs. 2 littera quinta a fine E, vs. 3 littera septima a fine E.

κὰ Θεαρὸς εἴη. αἰ δ' ἰβεν(ί)οι ἐν τίαροῖ βοῖ κα Θοάδ(δ)οι καὶ καθάρσι τελείαι καὶ τὸν (τῶν) Θεαρὸν (-ῶν) ἐνταχται. αἰ δέ τις πὰρ τὸ γράφος δικάδ(δ)οι, ἀτελής κ' εἴη ἀ δίκα. ἀ δέ κα ϝράτρα ἀ δαμοσία τελεία εἴ-
η δικάδ(δ)ωνται. τῶν δέ κα γραφέων, ὅ τι δοκέοι καλ(λ)ιτέρως ἔχην πό(τ) τὸν Θ(ε)όν, ἐξαγρέων κα(ὶ) ἐ-
νταιῶν σὺν βωλαῖ (π)εντακατίων ἀϝλανέως καὶ δάμοι πληθύοντι δῶα κῷ· κῷ δέ κα (ἐ)ν τρίτ-
οι, αἴ τι ἐνποιοῖ αἴτ' ἐξαγρέοι.

Prior pars legis scripta videtur fuisse in altera tabula cum hac ita clavulis coniuncta, ut illius inferior pars huius partem superiorem tegeret; hanc ob causam in ea tabula, quae servata est, supra esse opus marginem latiorem vacuum scriba ad scribendum aggrediens non statim secum reputavit. Vs. 1 ἰβενίοι, cf. n. 115 ἐνεβίο[ι], ut alterutro loco hoc verbum, quod quid sonet ignoratur, male scriptum esse videatur. Ibid. τίαροῖ i. q. τοῖ ἱαροῖ. Ibid. quid sibi velit verbum Θοάδ(δ)ην (Θοάζειν), parum liquet; neque expedit comparare -σαδε- n. 115. Vs. 2 ἐνταχται obscurum. Vs. 2 ἀ δέ κα κτλ., hoc enuntiatum, qua sunt gravi atque rudi lingua vetustissimae leges, ea re non concinit cum superiore, quod pro voce γράφος substituitur ϝράτρα atque ipsa lex pro iudice iudicans inducitur. Vs. 3 καλ(λ)ιτέρως i. q. κάλλιον; in lectione κ' ἀλιτηρῶς, quam Kirchhoff proposuit et idem altera praelata reiecit, et κα offensioni est, quamquam in titulo Locrensi (n. 322) similis licentia occurrit, et populus, qui haec scivit, potuit ille quidem concedere pulcriora ad religionem posse reperiri, non potuit concedere fortasse impietatem in hoc ipso recentissimo populiscito inesse. Ibid. ἐξαγρέων i. q. ἐξαιρῶν. Vs. 4. In adverbio ἀϝλανέως haud scio an eadem stirps agnoscenda sit atque in adiectivis ἀολλής ἀλής; cf. Hesych. ἀλανέως· ὁλοσχερῶς, Ταραντῖνοι; senatu igitur opus est pleno, concione frequenti. Ibid. δῶα i. q. ὁ δεῖνα, ὁ βουλόμενος. Ibid. κῷ (pro κοῷ) vel κοῖ (pro κοοῖ) descendit a verbo κοάω vel κοέω, cui animadvertendi et reperiendi notio subest (cf. Ahrens, dial. II p. 86 not.); si quis in optativo bis contracto offendit, licet κοῖ conferre cum formis brevissimis ἴκομεν κὸν κών. Kirchhoff: δινοῖοι· (δινα)κοι.

113 d Lamina aenea 0.073 m. alt., 0.045 m. lat., 0.0075 m. crass., vs. 4 infracta, reperta Olympiae in metroo. Ex Weilii apographo edidit Kirchhoff, arch. Zeit. XXXVI a. 1878 p. 143 tab. XIX 2; correxi tituli imaginem ex apographo et notis Purgoldii.



Nota Purgoldii. Vs. 7 fin. I est certum.

Vs. 2 μηδε-. Vs. 3 ϝρητ[ρα-]. Vs. 4 [τα]ῖ vel [τα]ῖ δέλτ[οι]. Vs. 5 [ἐν τα]ῖ ματ[ρφάω]? cf. n. 112. Vs. 6 [ἀποτ]είτω. Vs. 7 χρηί[δ(δ)οι] i. e. χρήζοι. Vs. 8 μηδὲ γ--. Vs. 9 [δικ]άζη[ν], pro δικάδ(δ)εν, seu --α ζί —. Insunt, opinor, in hoc fragmento reliquiae verborum in titulis Eleis obviorum nec moror ϝρήτρα et χρηίδδω pro ϝράτρα et χραίδδω (add. n. 113*a*), cf. not. ad n. 552.

---

114 E lectione Purgoldiana imagini haec addenda sunt: vs. 1 ante V ansae litterae E; vs. 2 ꓘAKON; vs. 3 fin. Ր; vs. 4 fin. I in fractura.

---

115 Tractavit Comparetti, accademia dei Lincei, anno CCLXXVIII (1880—1881). — Titulum superne nullam iacturam fecisse Purgold ex figuris ornamenti, quod partem posticam tegit, integris atque incolumibus colligit. Idem nuntiat vs. 1 litteram 16 esse Ϝ, qua in figura linea transversa inferior umbrae similis vulneri debeatur; vs. 2 litteram 11 esse Ϝ; vs. 2 fin., ubi Weil Γ praebuerat, nihil certum esse nisi hastam directam. Vs. 3 lege ἀποδιῶι. Versus quinti litterae Purgoldii testimonio confirmantur omnes praeter extremam, quam potius A fuisse arbitratur.

---

116 Annotat Purgold haec: Etiam huius tituli primum versum esse servatum ornamenta partis posticae documento sunt; foramen, quod vs. 4 scriba vitabundus circumiit, in eadem ornamentorum figura eundem locum occupat atque alterum foraminum tituli n. 113*b*. Litterae sunt impressae. Vs. 3 post lacunam certa tantum linea obliqua, quae non potest superare nisi de ≶ (quidni superet de ᐅ infra fortasse hiante?); ansae nullius sunt momenti; vs. 3 fin. O; vs. 4 init. ≡ i. e. E; ibid. +ΑΓΓΟ; vs. 6 litt. 5 ᛘ; ibid. post Ր/ infra dextrum crus litterae M exstat hasta directa. — Vs. 3 [πατ]ὴρ λῦναι· [αἰ δ]ὴ πᾶς (ἰ)ξομό[σαι]? Vs. 4. Estne legendum πξαλλ.--?

117 *Lectio Purgoldii.* Quamquam vss. 1. 2 fin. frustula minima iam desunt, tamen vs. 2 certum est Γι, i. e. Π. Vs. 4. In lacuna non modo N, sed praeterea T interceptum est, cuius de linea transversa particula reliqua est. Vs. 5 littera tertia R. Vs. 7 littera tertia R; littera sexta decima fuerit A forma simili litterae quintae versus quinti. Vs. 8 fin. TRIA. Vs. 10 littera octava aut M aut N; in littera nona aut error aut correctura aerarii latet, certe non est δ forma solita. Vs. 11. Vestigia litterae sextae videntur indicare δ insolenter collocatum. Vs. 14 fin. RRAIT.

Aliquantum lucis ad hoc fragmentum redundat ex ampliore titulo add. n. 113*b*, quandoquidem in utroque quinque videntur recurrere vocabula: *θεσμός πολέω δίκαια ὑπαδύγιον ἀποϝηλέω.* Lectio igitur sic constituatur: vs. 3 *κὐ*(del. ι)*παδυ*(*γ*)*ίοι*; vs. 4 *καὶ τῶν σκευάων τὠ-παδυ*[*γίω*]; vs. 9 *πολεῖτ*[*ται*] seu *πολησ*--; vs. 11 [*θ*]*εσμῶ*, neque enim asseveranter de illo δ loquitur Purgold.

118 Comparetti interpretari conatus est, accademia dei Lincei, anno CCLXXVIII (1880—1881). Nova lectio Purgoldii est haec: vs. 5 littera quarta a fine P; vs. 6 littera tertia ⊦; litterae ⟨N purgato aere iam bene dispiciuntur; deinde TORI∖·OMAO⟨ *κτλ.*, i. e. *τὼρ* *ἀ*[*ρ*]*ομαίως τὼ*(*ρ* *Ὀ*)*λυμπίω*.

119 Duobus aliis fragmentis primo finitimis titulus optato amplificatus est; iam altitudo integra, supra et infra servatis marginibus, est 0.19 m., latitudo etiam nunc manca, quum pars sinistra desideretur, totidem. Omnium fragmentorum Purgold apographum et ectypum misit. Imago ad quintas partes reducta est quatuor.

Notae Purgoldii. Omnes litterae impressae sunt, ac quidem omicra pistillo rotundo; sigmata posterius caelo correcta sunt. Lineas tenuissimas, quae primos versus dirimunt, in imagine praestat omittere. Vs. 1 fin. foramen clavi. Vs. 9 et vs. 10 ad sinistram Γ; vs. 17 et vs. 18 ad sinistram in fractura I; vs. 19 post ΣA videtur esse P, fortuitis lineis dextra amplificatum.

[Ἁ ϝράτρα ταῖ δαμιοργίαι, Σκιλλουντίων π]ὰρ τᾶς καταστάσιος, Νικαρχίδαι καὶ
[Πλειστιαίνοι. αἴ τις τῶν Σκιλλουντίων ἀπ]ειθέοι, κατιστα(ί)η (κ') ἁ δαμιοργία ἐς τὰ-
[ν δίκαν, τῶν Σκιλλουντίων ποθιλομένα ἐπιμ]έτας ἄνδρας, αἰ μὲν λαΐταν, ἐτέαν, αἰ δ' ἱ-
[αρὰν λαΐταν, ἱαράν. αἰ δ' ὁ ἀπειθήσας μὴ μετ' αὐτᾶς καταμνέξαιτο, πέντε μνᾶ-
[ς ἀποτινέτω τᾶς ἁμέρας κα(τ)θυτὰς τοῖ Διὶ] Ὀλυνπίοι· αἰ δὲ μετ' αὐτᾶ(ς) καταμνέξαι-

[το, μνᾶς, ὅπως τὸ δικαστήριον τάξαι, ἀποτι]νέτω κα(τ)θυτὰς τοῖ Δί. αἰ δ' ἀξιόσυλος γένο-
[ιτο, ἀλλύοιτό κα τὸ χρέος τοῖς χρημάτοις], συναλλύοιτο δέ κ' ἁ πόλις· αἰ δὲ μὴ συναλλύ-
[οσται δύναιτο εὐθύς, τὸ χρέος κα σχολα]ῖ ὀλεξοῖ ἁ πόλις τοῖ Δὶ 'Ολυνπίοι, ἑκάστω ϝί-
[τεος ἀποτίνωσα τάλαντον ἀν' ἱκανὰ ϝί]τεα. αἰ δέ τις στάσιν ποιέοι τῶν Σκιλλουντί-
[ων, ἐς τὰν δίκαν αὐτὸν κα κατισταιά]ταν Νικαρχίδας καὶ Πλείσταινος ποθελόμ-
[ενοι ἐπωμότας ἀνέρας τῶν Σκιλλου]ντίων, ὀμόσαντος πὸ(τ) τὸν θεὸν τὸν 'Ολύν-
[πιον· αἰ δὲ μὴ ποτηρμόξαιτο, πέντε μνᾶ]ς κ' ἀποτίνοι τᾶς ἀμέρας κα(τ)θυτὰς τοῖ Δὶ 'Ολυ-
[νπίοι. — — — — — —]ο, ἐποὶ κελοίσταν τὼ καταστάτω (?), τὰν δ' α-- σευ δα-
[μιωργίαν — — — — — — τ]οῖ ταύτῃ γεγρα(μ)μένοι τήπιάροι κ' ἁ πόλις
[ἐνέχοιτο. θυσίαι δέ κα τὸν θεόν, ἐποὶ εἴη]μεὺς 'Ολυνπικός, εὐσαβέοι, ἄντινα Νικαρ-
[χίδας καὶ Πλείσταινος φαινοίταν. κατιστ]αιάταν δέ κα καὶ δαμιωργεοίταν τήνταῦ-
[τα Νικαρχίδας καὶ Πλείσταινος ὡς καλλ]ίστως, ἐποὶ (ἐπ)έτραπον (?) τοὶρ μαντί(Ν)ε(σ)σι (?)· τᾶρ δὲ
[μαντείας ἐναντία μηδέτερος αὐτῶν κα πο]ιϝέοι· αἰ δὲ ποιέοι, ἐν τοῖ μεγίστοι ἐνέχοι-
[τό κα ἐπιάροι. αἰ δέ τις μανύοι τινὰ ὡς] τὸ γράφος τόδε κα(τ)ζαλήμενον, γνοῖα-
[ν κα τοὶ ἱαρόμαοι (?) καὶ ἐν τήπιάροι κα] ἐνέχοιτο το[ῖ τ]ῆδε γεγρα(μ)μένοι.
[Δίκας δὲ ἦμεν τᾶς προγενομένας στάσι]ος· ὅτοι δ' ἠ[ρρον, κ]ριθέντων ἀνδροφό[νοι· ὁ δ' ἑ]-
[λλανοδικαίων παρεὼν κα ποτὶ Νικαρχίδαν καὶ Π]λείσταιν[ον καὶ κ]ρίνοιτο. αἰ δέ τι[ς] καὶ σ-
[— — — , ἐν τήπιάροι κα ἐνέχοιτο τοῖ τ]ῆ[δε γεγρα(μ)]μένοι· ταὶ δὲ δίκαι —
[— — — — — — — — πλε]ίστων (?) δὲ ϝιδί[ων (?) —].

Sedicione Scilluntiorum oppressa statuitur, ut his legibus ea civitas in futurum a duobus damiurgis Eleis administretur et coërceatur. Ad sinistram fere tricenae litterae perierunt (cf. praecipue vs. 16), qua de causa supplementa necessario vacillant. — Vs. 1 τάρ cf. n. 110. n. 121. Vss. 2—4. Aliis iudicibus opus erit, si recusatio obedientiae ad rem profanam, aliis, si ad rem sacram pertinuerit; utrum igitur iudicium instituendum sit, diiudicabunt ipsi damiurgi; de Scilluntiis ad iudicium adhibendis cf. vs. 11. Vs. 2 κατισταιή (?), sed vs. 16 κατισταιάταν. Vs. 3 μάν i. q. μέν; ad λεφῖταν cf. Hesych. λέφμι (leg. λεφῖμι)· θέλοιμι ἄν. Nibil in hoc versu mutavi, quamquam in tanta neglegentia titulorum Eleorum etiam licet cogitare de τᾶς ἀ(μ)έρας (cf. vs. 12) et de ὅσια (κ)αὶ δί[καια]. Vss. 4—6. Si reus eo immodestiae processerit, ut iudicio renitatur, haec contumacia, per quot dies tenuerit, toties quinarum minarum multa vindicanda est, cf. vs. 12; sin ad iudicum voluntatem se conformaverit, poena ipsius sceleris ab eo repetetur. Vss. 6—9. Si necesse erit bona rei publicare, ut multa pendatur, bonis suis ille debitum solvito; quae si non suffecerint, civitas eodem officio tenetor; civitas, si totam multam statim conficere non valuerit — id quod in magno numero reorum aut in diuturna recusatione iudicii accidere poterat — annuis pensionibus pecuniam pendito. Vss. 10. 11 ποθελόμενοι, notabis litteram aspiratam. Vs. 13. Sententiam non perspicio et de voce τὼ καταστάτω vehementer dubito; cf. Hesych. στάτοι· ἀρχή τις, et Bekk. anecd. I p. 305: στατῶν· ἄρχοντές εἰσι, παραπλησίαν ἔχοντες τοῖς ἀγαθοεργοῖς ἀρχήν, ibid. p. 333: ἔστι δὲ καὶ ἀρχή τις ἐν Λακεδαίμονι οἱ ἀγαθοεργοί· ἄρχουσι δὲ καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τῶν ἔξω τῆς πόλεως παρανομησάντων. Vs. 15 μεύς i. q. μείς μήν; de mense Olympico cf. n. 116; εὐσαβέοι i. q. εὐσεβοίη. Vs. 17. Quod primo scriba exaravit ΙΣΤΑΕΔΕ, videtur mutasse in ΙΣΤΟΣΕΠΕ; sed insuper debuit addere ΕΠ; praeterea paulo post delevi Ν, nec non etiam μαντίεσσι (pro μαντίεις) novum est. Quibus omnibus de causis lectionem et supplementum dubitationi obnoxia esse fateor; ἐπέτραπον i. q. attice ἐπίτρεψαν. Vs. 18. Ad ἐνποιοῖ (add. n. 113c) iam accedunt ποιϝέοι (de ϝ cf. n. 42 et n. 44a) et ποιέοι; quid iam mireris in dialecto Protei simili? cf. supra vs. 8 ἑκάστω ϝίτεος, n. 112 et add. n. 113b ϝέκαστος. Vss. 21—24. Appendix legis quae praecedit. Vs. 22 κρίνοιτο, sc. ea actione, quae supra, vs. 9 sqq., constituta est.

120a Fragmentum marginis lebetis aenei, 0.60 m. longum, effossum Olympiae a buleuterio ad occidentem versus; adhaeret etiam nunc particula ventris et alter cardo ansae. Tituli pars extrema servata in margine recurvato 0.013 m. lato litteris magnis satis aequabilibus incisa est. Exscripsit Purgold.

— — ι τὰνφιδόλοι. Eiusdem generis donarium Alasyenses et Acrorei dedicaverunt, cf. n. 120.

121 Lectio Purgoldii: vs. 1 litt. 6 certo est Ν; ibidem in marginibus rimae vestigia litterae Ι agnoscuntur; ibidem fin. spatium ante foramen et post singularum capax est litterarum. Lege igitur: συνθῆ(κ)αι Θήρων[ι κ]αὶ χμάνορι. Etiam hunc ad titulum explanandum aggressus est Comparetti, the journal of Hellenic studies, vol. II a. 1881 p. 375 not.

122 Lectio Purgoldiana: vs. 3 litt. 10 Υ; vs. 4 litt. 4 non Ι, sed Τ, unde alia supplementa fingenda esse apparet; ibid. litt. 9 non Π, sed Γ; vs. 5 init. lineola proclivis et vs. 6 lineae, quae speciem litterae Ε praebuerant, aeris rimae fortuitae sunt; vs. 5 in prima littera pars lineae transversae conspicitur, qua illa fit similis litterae α; ibid. fin. post Α omnia admodum incerta; vs. 6 fin. Α.

123 Illa cassis nunc exstat Lincolniae in Britanniae urbe penes episcopum; cf. W. Greenwell, the journal of Hellenic studies, vol. II a. 1881 p. 68. Ibidem tab. XI accurata inscriptionis imago expressa est.

150 Cf. Meister, Beiträge zur Kunde der indog. Sprachen VI p. 1sq.

157 Uberrima exemplorum copia congesta Blass iterum de nominibus in ς vel ος desinentibus egit Mus. Rhen. XXXVI a. 1881 p. 604 sqq. — Col. III vs. 3. Si lectiones Cumanudis et Loeschckii commiscueris, efficies nomen Πύῤῥαλος, quod est Thespiensi, bull. de corr. hell. I a. 1877 p. 211 (cf. Meister, Beitr. zur Kunde der indog. Sprachen V a. 1880 p. 229 sq.).

190 Fortasse Βρητάδας; cf. Boeckh ad C. I. G. n. 2042, Βρῆσος Conze, Reise auf der Insel Lesbos, tab. XVII 1; cf. praeterea bull. de corr. hell. IV a. 1880 p. 445.

209a Inter *Thisbam* et *Thespias* in ecclesia deserta S. Trinitatis, a vico Tateza ad meridiem versus, exstat lapis 0.76 m. alt., 0.57 m. lat., cum anaglypho aetatis Romanae tituloque supra illud inciso eiusdem temporis. Infra autem reliquiae antiquioris tituli inversae cernuntur. Edidit Koerte, Mittheil. d. deutsch. Inst. in Athen III a. 1878 p. 367 n. 113.

V S S E A

[Λ]υσσεῖ ᾽Α-- (?). Cf. n. 209.

254 Rectius, opinor, scripsissem: Καλουνά.

265 Nomen est Κιτ(τ)ύλος; cf. Meister, Beiträge zur Kunde der indog. Sprachen V a. 1880 p. 224.

328 Fick, Beiträge zur Kunde der indog. Spr. V p. 325, coniecit vs. 3: τοῦ[ι Φ]ι[ττ]α[λ]οῦ[ν].

335 Ipse Gell in libro Probestücke von Städtemauern des alten Griechenlands, a. 1831, tab. XV, hunc lapidem inscriptum depinxit solutum ex muro urbis et prope humi iacentem (etiam Hamilton centurio, auctore Boeckhio, in Craniorum moenibus vidit). Sed versuum ordinem contra reliqua apographa Gell haud dubie falsum praebet hunc:

ΣΟΙΗΑΞΛΝ
ΞΣΑΙΞΑSΜ
ΣΑΟΣΞΚΕΤ

Quibus autem donariis suspendendis apta erant moenia urbis? an vestibus naufragorum? Ibidem in lapide altero haec fere inscriptio repraesentatur:

ΛΚΓΚΣΙΟΣ
ΚΓ ΝΙD

i. e. [Με]γ[ίσ]ων --λιδ[α].

344 Ectypo usus tituli imaginem expressit O. R. in diario Παρνασσῷ a. 1877. p. 66.

355 Eam partem tituli, quae continetur fragmento *b*, ante frontem statuae incisam fuisse Purgold ex pedum vestigiis in marmore conspicuis collegit.

374 *Notae Purgoldii.* Vs. 5. Supra litteram K (vs. 6) reliquiae hastae directae et litterae O agnoscuntur, deinde in fractura vestigium rotundum; mox ante N littera E dubitatione non caret. Vs. 8 ⊢E SOOΓBO; etiam litterae ΓB sunt certae. Vs. 10 OVD⊾DE, infra foramen triangulum pars inferior litterae E. Vs. 11 fin. post E lineola transversa ‾ i. e. T. Vs. 12 init. BONE‾ (i. e. Γ aut T); ibid. fin. TOΓO⊢I. Vs. 13. Ante primum I in fractura superant lineae ‾); in medio versu etiam inferior pars litterae ϙ conspicua. — Lege: vs. 8 -λίσθων, vs. 10 [ὅπ]ου δὲ δεῖ, δικάσται, vs. 12 βοῦν ἐ[πὶ τὸ]ν βωμόν.

379 Imaginem monumenti cum titulis emisit Rayet, monuments de l'art antique, a. 1880. Is lineis dubiis prope caput Mercurii iterum atque iterum spectatis sibi visus est perspicere modo MH et post haec Σ obscurum, modo litteras longe alias; denique admodum dubium iudicavit esse fuissetne ibi omnino aliquid scriptum necne.

380a Titulus *Chius* in basi marmorea 0.14 m. alta, quae ad dextram et a parte postica ita truncata est, ut latus anticum in longitudinem 0.275 m., latus sinistrum in longitudinem 0.285 m. servata sint; latus anticum etiam superne mutilatum est; in latere aequo foramen forma quadrangulari incisum est ad plinthum recipiendam. Deli a. 1880 repperit Homolle, edidit idem in bull. de corr. hell. V a. 1881 p. 272 sqq. Myconi in museo a. 1881 lapidem exscripsit Purgold; eius apographo diligenti atque ectypo utor.

[Μ]ικκ[ιάδης ὁ Μέλανος καὶ Ἀ]ρχέρμος ὁ [Μικκιάδεω] οἱ Χῖοί μ' ἔγλ[υψαν]? Cf. Plin. XXXVI 11: „Quum hi (Dipoenus et Scyllis) essent, iam fuerat in Chio insula Melas sculptor, dein filius eius Micciades ac deinde nepos Archermus, cuius filii Bupalus et Athenis vel clarissimi in ea scientia fuere Hipponactis poëtae aetate, quem certum est LX olympiade fuisse ..... Complura enim in finitimis insulis simulacra postea fecere sicut in Delo ..... Patris quoque eorum et Deli fuere opera et in Lesbo insula."

388a Edidit Purgold, arch. Zeit. XXXIX a. 1881 p. 181; ibi in imagine deest litterae N linea transversa, quam alterum apographum Purgoldianum exhibuit.

390 Nuper in manus meas venit tertium apographum, quod Dubois confecit, *a*: ΕΔΡ<ΙΣΜΕΕΟΔΟΙΕ | ΕVΔΜΕΙΙΙ-ΟΝ, *b*: ΑΒΙΔΕ ΣΙΗΓ. Si liceat existimare tertiam decimam litteram fuisse Ξ, amatorem dicam inscribere studuisse hunc titulum: ἐράττημι εἶδοξε Ἐκάμειον, sed negotii insolentem turbasse ordinem transposita littera Ι. Nec non etiam lusus alphabeticus inchoatus non perfectus quid sibi velit, in tali homine intellegi potest, sive illum animi causa sive manus exercendae causa incidit. Accedit quod sepulcralis vel ideo minus commode habetur titulus, quia, ut Weil mihi narravit, in ipsa solida viva rupe (Ross: auf einer schrägliegenden natürlichen Felsplatte) est inscriptus. Caeterum litterae ς miram formam etiam hic notasse satis habeo, cf. n. 535. 546.

391 Nova accesserunt auxilia lectionis. Nam in eo exemplari, quod Koehler olim ab eodem Logiotatide acceperat, vs. 2 fin. inter Ι' et ΜΑ exstat littera Ν. Deinde R. Weil apographum suum mecum communicavit, quod, quia vespertino tempore confectum est, inde manifesto est mancum: vs. 1 deest; vs. 2 ΣΡΤΓΙΒΣΠΟΤΕΡΑΤΣ ΥΡΚΒ Ε ΝΙΜΑΥ; vs. 3 ΛΑΜΑ. Denique eidem debeo ectypum, ex quo versum secundum — caeterorum enim versuum in charta paucissima vestigia video — exscribo: ΣΡΤΝΙΒΣΡΟΤΕΡΑΓΩΣΥ ΒΑΚΒΥΕΡΙΝ⌒ΜΑΥ. Ante litteram primam Σ nonnunquam putavi in ectypo cerni litteram Ο, neque tamen fidem meam pro ea interpono; dubiae imprimis videntur litterae 12 Ρ (Κ? Ρ?), 18 Β (Ρ? Γ?), 24 Γ, neque constat ex ectypo in duabus plagulis impresso, quantum spatii inter litt. 23 Ε et 24 Γ intercedat. Reliquae autem litterae, quamquam non unaquaeque certissima est, tamen audacioribus coniecturis non favent. Duo hexametri hic latere videntur, quorum alter in ἐπινωμᾶν, alter in μ[ά]λ[ιστ]α Φιλ[ί]βου desierit.

395 Formam ἰξεντχ϶ῇ Blass, mus. Rhen. XXXVI a. 1881 p. 609, exemplis Boeoticis et Aeolicis tuetur.

465 Littera a fine tertia in Weilii diario est Ρ; cui puncto si nullam vim tribuimus, spatium quidem inter Γ et Σ non tantum videtur esse, ut prior littera putanda sit mutila; licet igitur legere Καλ(λ)ιγ-- seu Καλ(λ)ια-- seu Καλ(λ)ιπ--.

471 Cous titulus superiore anno editus est (bull. de corr. hell. V a. 1881 p. 216 sqq.) aetate inferior columna quam Ross Therae vidit, argumento illius simillimus; cf. maxime vss. 11. 12 κριθᾶν τρία ἡμίδιμνα καὶ σπυ[ρ]ῶν [τ]ρεῖς τεταρτῆς. Quodsi Rossianus quoque titulus ex insula Coo oriundus est, spiritum asperum more Ionum Asiaticorum non scriptum fuisse putabimus (vs. 5 leg. [τ]ό); de litterae ω forma (vs. 10 ʘ, vs. 15 Ο) vellem certius constaret.

472a In vasculo parvo musei Britannici, *Camiri* reperto, litteris incisis. Exscripsit Furtwaengler.

ΝΙΚΟ

νικῶ.

475 Titulum supplevit et interpretatus est Blass, mus. Rhen. XXXVI a. 1881 p. 612 sqq. Atque alia quidem uterque nostrum eadem ratione administravit, sed id Blassio melius cessit, quod verbum emendi seu vendendi, quo ὠνά referenda est, non vs. 3 sed vs. 5 posuit; et pendent inde huius paragraphi caetera supplementa et sententia. Hic igitur Blassii est textus:

1. 2 Τὸνς ἐπιβα[λλόντανς, αἴ κά τις θατὴν θυγατέρα πα]τρωιῶχον κα-
3. 4 ταλίπῃ, ἡ αὐ[τὸνς τῶν χρημάτων ἐπιμίλεσθαι ἢ πὰρ τὸ]νς ματρώα-
5. 6 ς καταθίμεν· [αἰ δ' ἄλλᾳ ἀπόδοιντ' ἢ καταθεῖεν, μὴ] δικαίαν ἦμεν τ-
7. 8 ὰν ὠνὰν καὶ τὰν κα[τάθεσιν· καὶ αἱ ἄλλος πρί]αιτό τις χρήματα κτλ.

Ideo singulare propinquorum ius bona filiae heredis emendi statuere non cogimur. Vs. 14 καῖ τί κ' ἀλλ' ἀπάτῃ, cf. n. 72. Col. c vs. 9 --ες τῷ πα(τρὶ πα)τρωιώχῳ; vs. 13 μή τι(ς) λιοι, cf. n. 119.

477 Eadem fere exposuit Blass, mus. Rhen. XXXVI a. 1881 p. 615.

482 Cf. ea, quae de his titulis nobiscum congruenter, si graviora spectas, exposuit Abel, Wiener Studien III a. 1881 p. 161 sqq.; atque duabus maxime in rebus ille idem sensit: quod Psammatichum regem accipit secundum, quamquam aliis argumentis utitur atque Wiedemann, et quod ducem Horum distinguendum censet a Psammaticho Theoclis filio. Praeterea legendam esse arbitratur: *e* Πε-(ρ)ις, *i* — — ὁ (Ἰα)λύσ(ι)ο(ς), quas coniecturas in rem meam convertere dubito.

493 Non male Hicks, historical inscriptions, a. 1882, p. 5, coniecit haec esse membra verborum Κρεῖσος et βασιλεύς et ἀνέθηκεν, cf. Herod. I 92.

505 Vss. 12. 14. 17. 23 [27] et fortasse saepius ΝΙ in sententia imperativa est i. q. νύ; cf. ἀκουσρύ νυ ἴσθω in tit. Orchomenio (Foucart, bull. de corr. hell. III a. 1879 p. 465 vs. 88, Blass, mus. Rhen. XXXVI a. 1881 p. 608) et exempla optativi cum νύ coniuncti δυϝάνοι νυ et δώκοι νυ in tit. Idalio vss. 6 et 16 (Deecke, Beiträge zur Kunde der indog. Sprachen VI p. 153, Blass l. l.).

533 Denuo examinatis fragmentis parvis Purgold hanc subministravit variam lectionem: Fragm. *e* vs. 1 ante Ε vestigium hastae obliquae; vs. 2 ante Ε non ⌐, sed ˥ i. e. Γ. Fragm. *f* vs. 1 litteram servatam, quam Furtwaengler Ρ esse praedicaverat, Purgoldio auctore potest illa etiam esse Ν mutilum (ita haec littera ad fragmenta alterutri titulorum n. 532. 533 adiudicanda omnino nihil valet); vs. 2 ante D hasta directa.

ADDENDA NOVA.

49a Lapis calcarius rudis, colore flavescente, fere 0.35 m. long., 0.30 m. alt., 0.10—0.11 m. crass., inventus *Spartae*; conservatur Dimitsanae in Arcadiae oppido in museo. Titulus diligenter et clare incisus incolumis est praeter finem versus alterius laesum. Apographum et ectypum misit Purgold.

Διοικέτα, Διολευθερί[ω]. Lapis manifesto est terminus; οἰκέτας i. q. οἰκέτης, cf. Eustath. ad π 422 p. 1807. Dei nomen cum cognominibus ita coaluit, ut ϝ aeque atque intra unam vocem in spiritum mutaretur atque adeo vs. 2 spiritus non impediret vocalium contractionem.

61a Basis marmorea suffusca, 1.14 m. alt., 0.25 m. lat., 0.16 m. crass., reperta a. 1879 prope *Sellasiam*, haud procul a monumento Dioscurorum add. n. 62*a*, nunc Vurliae in domo rustici. In superficie aequa capitis prominentis foramina et canaliculi incisa sunt, in quae aliquod artificium demitteretur. Titulus in latere antico inscriptus integer ille quidem videtur esse, sed marmore tempestate detrito cum labore legitur. Exscripsit Purgold; idem misit ectypon.

Notae Purgoldii. Vs. 1 init. reliquiae litteram E videntur indicare, neque tamen excludunt O aut Θ. Ibid. fin. quae post hastam certam cernuntur vestigia aut ad illam pertinent aut ex littera ultima restant. Vs. 2 ante A nihil periit; litterae quinque primae perspicuae; littera sexta ϝ vel potius E; etiam littera septima ϝ vel E videtur fuisse; tum spatium uni litterae sufficit.

Εὐμυθί[ς] ἀπόναϝε, i. e. Eumythis fecit. De augmento α cf. n. 557; de verbo πονέω cf. Ahrens dial. II p. 148; de littera ϝ (cave conicias B) viderint alii.

113c Titulus *Eleus.* Fragmentum laminae aeneae solidae, repertum Olympiae a buleuterio ad occidentem versus; in latere postico ornamenta incisa sunt; quae quod infra lineis rectis terminantur, inde apparet tituli marginem inferiorem esse servatum. Exscripsit Purgold.

Nota Purgoldii. Vs. 1 littera tertia ob aeruginem incerta est.

119a Titulus *Eleus.* Fragmenta laminae aeneae aeruginosa, contigua, 0.10 m. long., 0.07 m. alt., effossa Olympiae ad Leonidaeum, undique mutila, nisi quod infra margo videtur esse sospes. Exscripsit Purgold.

Notae Purgoldii. Vs. 1 συν. Vs. 2 litt. 1 M; litt. 3, ut videtur, Σ; litt. 5 I aut T; vs. 2 fin. certum est T. Vs. 3 med. littera Σ indubia est; ibid. fin. E. Vs. 4 fin. inter A et I fortasse nihil fuit scriptum.

Vs. 2. Subesse potest aliqua forma adiectivi ἅμιτος seu ἥμιτος. Vs. 3 [δ]ήχα ἔστ[αι] αἱ κλε-? Vs. 4 [γ]ᾶν (?) ἀλ(λ)οτρία[ν], cf. n. 113*b*. Vs. 5 [κ]αρποφόρο-. Vs. 6 κὠβολια- i. e. καὶ ὀβολια-? an [ϝ]οίκω βωλία? cf. Hesych. βωλία· βωλός· μάζης εἶδός τι ἐν ταῖς θυσίαις.

577a Titulus *loci incerti.* Fragmentum manubrii aenei strigilis, repertum Olympiae a prytaneo ad septentrionem versus. Exscripsit Purgold.

Nota Purgoldii. Nihil amplius incisum videtur esse.

INDICES.

I.

Nomina civitatum populorum tribuum pagorum locorum.

II.


Dii deaeque heroes templa feriae.

III.

Nomina virorum et feminarum cum patronymicis et gentiliciis; nomina equorum.

IV.

Res et verba notabiliora.


UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 02626 4781